M. CHAB
TRACTA

11369

VERSANTUR HIS TRIBUS

Pharmacopœi Pariſienſes

ex Dono Magiſtri
Gillet
1764

I. N. J. 11369 Ti. 309

# SCRUTINIUM CINNABARINUM

SEU

# TRIGA CINNABRIORUM,

Qvæ ſiſtit

## NATURAM CINNABARIS

ANTIMONII NATIVÆ & FACTITIÆ VULGARIS.



Nec non

SPECIFICI CEPHALICI

(des rothen Hertz- und Haupt-Pulvers)

D. JOHANN. MICHAELIS,

Cum

APPENDICE

DE EMPLASTRO MAGNETICO

Hernias ſcrotales curante,

Ad enchireſin chemicam & clinicam

Praxin accommodatum,

Operâ & ſtudiô

GODOFREDI SCHULZII,

Med. D. & Practici in Patria Lutheri.

---

HALL. SAXON.

Sumptibus SIMON. JOH. HüBNERI.

ANNO 1680.

Collationné le 26 juillet 1779


Mome en Cælesti Cælestis
Numinis Umbra!

NUMINI

*UNITRINO, COÆTERNO,*

*INFINITO ET INCOMPRE-*
*HENSIBILI*

# DEO PATRI, FI-
# LIO ET SPIRITUI
SANCTO:

## CREATORI ET CON-
SERVATORI OMNIUM
RERUM POTENTISSIMO, RE-
DEMTORI ET MEDICO GE-
NERIS HUMANI GRATIO-
SISSIMO, SANCTIFICATO-
RI FIDELIUM EFFICA-
CISSIMO:

SAPIENTIÆ ET BONITATIS
FONTI PERENNI ET INEXHAUSTO.

**REVERENTIAM AMOREM,**
**TIMOREM, FIDEM, SPEM,**
**ET GRATAM MENTEM.**

...ACIE DE PARIS

**Mi PA-**

MI PATER & CREATOR, mi FRATER & REDEMPTOR, O FLAMEN SANCTUM, SANCTIFICATOR & CONSOLATOR, ô Incomprehenſibile, & unitrinum Numen! Tuum ad te laborem fero, tuæqve Majeſtati, oculis, manibus, genibusque in reverentiam amorem & timorem flexis, eundem offero. Tuâ Gratiâ, impulſuqve tuo, auxilioqve tuo, tanqvam ſanctiſſimâ Lucinâ præſide & aſtite, hunc PARTUM CINNABARINUM enixus ſum; niſi tu, ô laborioſum & defatigari neſcium Numen, impellas, ſtimules, urgeas mentem legendi, meditandi, ſcribendique labore, nil per

ſe ipſam præſtat rectum & laudabile. Homo Vetus, indomitum illud & pigrum animal Pigritiâ incultu & ſocordiâ dulciùs torpeſcit, ac promtiùs cum Mundo, & in Mundo luxuriatur, quàm in ſacro qvodam ſeceſſu aliqvid piè, & doctè meditatur. Tuis verò delibatus flagellis, qvæ ſunt Ardor ſciendi & inſerviendi aliis, facit officium, nec inutile Terræ pondus eſſe geſtit. Benè agit, qvocunqve etiam modo, ſcilicet eô, qvem ab æterno in agente prævidiſti, & Eccleſiaſticorum Doctorum voculâ, prædeſtinâſti. Proinde accipe leniter & clementer nec dedignare fœtum tuum, ô benigne Deus! Tu promiſiſti amorem obedienti, ſolatium amanti, Parrheſiam & Paruſiam laboranti, amare itaque me tuum plasma perge, perge ſolari ſolatiô ſæpius ca-

rentem animam, aſſiſte ſervo tuo & eum protege à Rhonchis invidorum, maledicentium, & reliqvorum Alaſtorum ſuorum. Qvin porrò mortifica carnem propriam, omnium malorum Principium, eradica omne ſeminum illius feræ Erynnis & endemii liberatorum Morbi PHILAVTIÆ, quâ ſibi cuncta qværunt, volunt, diſcunt, docent, ſcribunt, aliorum lapſus, ut vultures in putridas carnes, involant, maledicunt, mordent, & in vinculis ſuis atqve eruditione ſuâ nunqvam eheu, perfecta, ſuperbiunt: qvâ quaſi muliebriter indignabundi per imbres convitiorum & horribiles indignandi terminos dona Tua in aliis perficere, vel ſua potiùs oſtentare præſumunt, qvæ ipſe Tu per gratiam Eteſiam perficere noluſti. Da noſſe memoriæ hujus Mundi vanita-

ta-

tatem, FAMAM, cui qvisqvis credit, & invigilat, magno qvidem teſtimonii mortalium applaudentis umbram emit, aſt decipitur. Da noſſe & abominari Mundum, regiam ſatanæ concubinam, diademate coruſcantem, cum Pomô & aureâ Phialâ, multâ oris venuſtate aſpectabilem, ſeptemqve Fœminis ſtipatam, qvæ ſunt: Fortuna, Atheismus, Superſtitio, Venter, Opinio, Vanitas & Hiſtrionia, qvibus orbis terrarum regitur. Tu verò inhabita in anima mea, qui enim te guſtat, ſuaviſſimum animarum paſtum, facilè Mundum nauſeat. Da cuſtodiam angelorum, da charitatem, preces, tolerantiam, miſericordiam, ſilentium, VERBI & NATURÆ INTERPRETEM, da Ἀυτάρκειαν, laboris amorem & conſtantiam, da Fidem, & poſt

mortalem, miſerandam & inqvietam Vitam, beatæ viſionis & imperturbatæ felicitatis; da ah! beatiſſimam ÆTERNITATEM.

T. Majeſt. ὅλος ὅσος

GODOFREDUS SCHULZIUS.

PRÆ-

# PRÆFATIO AD LECTOREM.

FAc ſis nunc Promiſſa appareant: expoſtulat à Paranympho (ſeu juxta Euſtath. Iliad. 3. Paranymphio) Parmenone Chærea Terentianus. Qvæ expoſtulatio monet nos audacter & familiariter, ne geramus fluxam Fidem, ſed eandem ut boni Viri liberemus. Ut itaqve, ſanctiori qvidem ſenſu, mea qvoqve ex aliqva parte ſervem, perficiamqve promiſſa, nec his minora præſtem, en unà cum Famoſo illo ſpecifico cephalico, & emplaſtro magnetico obturanteqve Hernias ſcrotales curante & obturante TRIGAM CINNABRIORUM, qvam in diſſertatione Pharmacevtico-

Therapeutica de Tinctura bezoardica primùm, pronuper verò in SPECIMINE ORATORIO Progymnaſmatico Lectori pio & probo publicè & modeſtè intimavi; & nunc temporis numero in lucem & Cenſuram publicam exire patior. Collectanea quaſi hæc ſunt, non citra tamen Judicium Logico-medicum vel ἀλόγως collecta, ſed in ordinem Thematicum redacta & propriæ Epicriſeos & Praxeos lumine colluſtrata. Non puduit, nec piguit calamum aliorum ſententias ſecubationibus qvaſi diviſas, hoc eſt variis libros diſſeminatas in noſtrum transferre Solum, & ſub unum defixumqve oculorum obtutum; ut univerſa CINNABARIS naturalis ambitus VIRESQVE tot Doctorum teſtimoniis ſtipatæ, in conſpectum prodeant, quæ ſparſerant ſe, Liviana

 phra-

phraſi, toto paſſim campo multorum voluminum, & ſpecimen exhibeant Logicæ anagnoſticæ, quæ legendi Auctores & excerpendi apodicticum modum monſtrat. Adumbrat unà non adumbratim exiguus hic labor Naturæ diviniqve Numinis horas & moras, quæ non ſimul & ſemel & properè ſacra ſua myſtica pandunt & vulgant, ſed ſervant multa ad venientes qvoqve annos, qvibus ſcrutantium reverentia, timor, amor & ſciendi ardor nova capiant incrementa. Contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt; ſcientia noſtra per ipſam aliorum allucinationem perficitur; intimioris cognitionis fructum jucundiſſimum ſapidumque qvatuor ſæpe imperfectionis ſemina frigida protrudunt. Non igitur decet nos inſultare optimis Viris, qvi qvaſi fue-

runt

runt gens à ſeculo, id eſt, qui permultis annis & ſeculis ante noſtram vixerunt mortalitatem, aut nobiſcum vivunt, ubi vel tacuerunt, vel in errore verſati ſunt, vel adhuc verſantur. Qvi veritatem, illam temporis filiam, omnibus veſtigiis indagarunt, ſed obviam habere, ipſius temporis injuriâ non potuerunt: Et enim ſi illi omnem ſapientiam & veritatem, ut Ingævones montem Sevonem, juxta Solinum, tenuiſſent, inqve ſuam redegiſſent poteſtatem, qvid nobis relictum eſſet noſtrisqve conatibus ſciendi, & de totius veritatis virtutisqve Monarchiâ benè merendi? Qvi ergò ſuccenſere poſſumus illis, qvos hâc de re amare condecebat. Cur pugnax Crena non pugnat cũ Datore bonorum, & ab hoc poſtulat, qvod ab imbecillis ingeniis hominum poſtulare

 au-

audet. Qvid qvod Majores noſtros ſæpe mendaciorum, falſorum, & abſurdorum, verbô, *ἀτόπων καὶ ἀλόγων*, tanqvam *ἀπείρως* temerè inſimulemus, ubi vera ſæpius dixerunt, qvæ verò mutila ad nos aliorum culpâ pervenerunt, aut nos ipſi cæcutientes & *ἄπειροι* non penetramus in eorum mentem, temporisqve, Loci, qvin ipſorum hominum variabile temperamentum, qvod, poſt Deum, ab influxu dependet aſtrali, & Microcoſmo ac Macrocoſmo continue imperat agendi, operanti & recipiendi alium atq; alium modum. Id verò nō proſeqvor longiùs, ne ſine ſcopo jaculari fortè videar illi, qvi benè conjicere neqvit, cur ad hoc breve veterum encomium & innocentiam dilapſus ſim. Verbo tantùm ſignifico voluntatem & mentem ſcribendi meam;

me

Me ſcilicet hanc trigam, & qvicqvid ipſi vel inhæret, vel adhæret, Medicorum ſuperborum, κενοδόξων, contentioſorum, maledicorum & ambitioſorum gratia non elaboraſſe, qvi magnificè de ſe ſentiunt, contemtim de aliis, & abjectè fabulantur, qvi nodum in ſcirpo qværunt, qvi acerbitate ſuâ & aculeatâ ſcribendi mordacitate inclaruerunt; Nec veteranorum Æſculapiorum aliorumve naſutorum cauſa, qvi cum facibus Chemico-practicis ambulantes aut jam ſciunt, aut ſcire perſvaſisſimum habent, qvæ alibi Chaos, hic verò ordo ſunt, digeſtaqve moles non magna aut ſaxea, nec ponderis magni. Ad juniores verò Practicos & diſcendi cupidos, eosqve non malæ mentis, non mali animi, ſpectat præcipuè pervigilium hoc cinnabarinum & magneticum,

ticum, qvi utiliſſimæ & innoxiæ cinnabaris naturam, ſeu qvidditatem, qvalitatem & uſum nondum animo ſuo penitus imbiberunt, nec euporiſton Pharmacum toties Ægris ſuis propinarunt, qvoties in rem ipſorum fuerit, ut repetant hi altius, qvæ penes alios legiſſe meminerunt, aut diſcant, qvæ hactenus ignorarunt aut addant de ſuo, qvod ante ipſos obſervavit NEMO. Qvin mei ipſius Cauſa hanc in me ſuſcepi opellam, ut habeat induſtria, in qvô ſe exerceat. Itemqve verbô ſignifico, in Canone. IV. Schematis idealis de Miniô dioſcoridis cinnabariqve Veterum nativâ è Monumentis Plinii, Solini, Leoniceni, Polydori Virgilii, Agricolæ, Vitruvii, Theophraſti Ereſii, Matthioli, Pici Mirandulæ, aliorumqve prolixiùs potuiſſe diſputari, ſed cum hæc o-

** mnia

mnia non ſint πρακτικὰ, nullam vim agendi habentia, neqve cinnabaris noſtra de iſtis Litigiis ullum virium, Apulejano Termino, Incrementulum, capiat breve dixi, qvod hic dicendum erat, & ad practicam potius telam pertexendam omni feſtinatione properavi. Ut itaqve mea non crudelia Auſa in mitiorem ſanctamqve partem interpretari, mi Lector, iisqve mecum uti velis, eſt, qvod citra prolixiorem & abſurdum prologum Tuam Pietatem & Humanitatem oro & obſecro.

Dabam Islebii è Muſeo, Deo, Proximo & mihi ſacro Calend. Aug. Anno 1679.

GODOFREDUS SCHULZIUS D.

# INDEX CAPITUM,

## Membrorum, qvæſtionum, canonum, punctorum.

Schema præliminare & ideale de cinnabari in genere in definitione & diviſione. p. 1.

Canon.

1. Sangvis draconis triplex eſt. p. 2.
2. Sangvis draconis non eſt animalis, ſed vegetabilis. p. 2. 3. 4.
3. Cinnabaris Dioſcoridis propriè dicta eſt ſangvis exqviſitus Draconis. p. 4. 5. 6.
4. Cinnabaris noſtra nativa mineralis Dioſcoridi dicitur minium abſolutè, ſeu minium dioſcoridis nonnulli tempore ipſius vocabant cinnabarin, ſed abuſivè, ut putat Dioſcorides. p. 6. 7. 8.

MEMBRUM. I.

De cinnabari Antimonii Caput.

I. De an ſit. p. 8. 9.
II. De Nomine. p. 9. 10.
III. De variis proceſſibus, qvibus adipiſcimur cinnabarin ♀ii. p. 10. 11. ubi.

1. De igne ſuppreſſionis p. 11. 12. 13.
2. An partes æqvales ♁ii & ☿ii ≏ti reqvirantur ad ≏tionem cinnabaris? p. 13. 14.
3. Qvodnam Antimonium pro ≏nda cinnabari eligendum? p. 15. 16.
4. An 🜍 ♁ii ☿ium ligans profluat ex regulo, ejusve reliqviis, qvæ de Butyro ſuper ſunt, an ex ſcoriis? p. 16. 17. 18. 19.
5. An ex 🜍 ♁ii & ☿ vivo ≏toqve poſſit ≏ri cinnabaris? p. 19. 20.
6. Qvid de nova adjectione ☿ii ≏ti ad ⊙ butyri ♁ii juxta mentem Fabri & Rolfincii ſentiendum ſit? p. 20. 21.
7. Qvamdiu ſublimanda cinnabaris? p. 22. 23.
8. An cinnabaris poſſit ≏ri ante ♌ Butyri? p. 24.
9. Qvantum cinnabaris ex ♁ii & ☿ii ≏ti anaticâ poportione ≏tetur? p. 24. 25.
10. An cinnabaris rectificari debeat & qvoties? p. 25. 26.

His ſubjicitur

Enchiereſis canonica ≏ndi cinnabarin ♁ii p. 27. 28. 29. 30.

IV.

IV. De Materiâ ex qvâ ſeu Principiis conſtituentibus ſive compoſitionis vel Elementis propioribus. p. 30. usqve 34.

V. De Fine & uſu cinnabaris ♁ii ſolitario & ſocio in variis morbis ejusqve qvalitatibus ſeu proprietatibus & affectionibus, qvæ unà promiſcuè tanguntur, nec non de ſpecifico cephalico D. Michaëlis p. 35. usqve. 55.

VI. De cognatis, qvæ ſymbolicam habent Naturam. p. 55. 56. 57.

VII. De oppoſito ſeu contrariis & pugnantibus, id eſt, Antitheſi, quæ cinnabaris ♁ii vel exiſtentiam ſeu ♎ndi poſſibilitatem, vel eſſentiam ſeu qvidditatem in elementis ſuis & principiis conſtituentibus, vel uſum omni noxâ carentem impugnat. p. 57. usqve 66.

## MEMBRUM II.

### De cinnabari nativâ Caput.

I. De nomine. p. 66. 67.

II. De de Materiâ ex qvâ; ſeu Principiis eſſendi propioribus p6.8.69.

III. De proceſſibus , qvi eliciunt ☿ currentem è cinnabari nativâ, ſeu de reſolutione cinnabaris in ſua elementa. p. 69. usqve 72.

IV. De principio & modo, qvô cinnabaris ſuam abſolvit operationem. p. 72. usqve. 75.

V. (Sic lege pro VI.) de qvalitatibus, fine & uſu cinnabaris nativæ in morbis variis, ejusqve miſtione cum aliis miſcibilibus. p. 75.

Punctum 1. de uſu interno, qvatenus à miſtione abſtrahit. p. 75. usqve 85.

Punctum 2. De miſtione cinnabaris cum variis miſcibilibus, ut emergant purgantia, diaphoretica, antifebrilia, antepileptica, antipleuritica, nephritica, & panaceæ. p. 85. usqve 97.

Punctum 3. de uſu externo. p. 97. 98.

VI. De delectu cinnabaris. p. 98. 99.

VII. De præparatione. p. 99. 101.

VIII. De Loco natali. p. 101.

IX. De cognatis. p. 101.

X. De oppoſito, qvod complectitur cinnabaris olim dolendam obſcuritatem, uſum ſuſpectum & purgatum, nec non divulſionem & per varia

menſtrua corroſionem. p. 102. usqve 113.

## MEMBRUM III.

### De cinnabari factitiâ vulgari Caput.

I. De nomine. p. 113. 114.
II. De Auctore. p. 114. 115. 116. 117.
III. De proceſſibus, qvibus impetratur cinnabaris factitia vulgaris. p. 117. 121.
IV. De Fine & uſu p. 121.
Appendix continens regulas & cautelas, qvæ jam dictis lucem fœnorantur. p. 130. usqve 145.

### Corollarium gratioſum de Emplaſtris.

Præfatiuncula. p. 147. usqve 153. ſeqvitur.
I. D. Frid. Hofm. Hiſtorica relatio de emplaſtro ſuo magnetico ex opere de Meth. med. p. 154. usque 162.
II. Epiſtolæ 2. Medici veterani ad D. Frid. Hofm. de emplaſtro magnetico. p. 162. usqve 169.

III. D. Frid. Hofm. epiſtola ad eunde
p. 169. 170. 171.
IV. Ejusdem veterani medici ad Hofm
num. p. 171. 174.
V. Deſcriptio emplaſtri magnetici. p. r
VI. Deſcriptio emplaſtri proceſſus Pe
tonæi regreſſum inteſtinorum. p.
usqve 179.
VII. Notæ ad Naturam & operandi m
dum emplaſtri magnetici pertine
tes p. 179. usqve ad Finem.

MAgnetis Vires miramur: fixus at illis
Terminus eſt, ultra progrediare cave.
Non minùs eſt Medicis curæ magnetica Cura,
Limitibus qvi ſe continet, ille ſapit.
Perge, VIR AMPLE, ſagax ſcrutari Arcana bonorum
Naturæ! DOMINI ſic patefiet Honos.
Corporibus per te, per nos Medicina Animarum
Suppetat! at cunctis Chriſti medere tuis

*Sic Dresdæ acclam.*

MARTINUS GEIER. D.

Was der Cinnober ſey ſein Preis/ und ſeine Güte/
Das führet preißlich uns dieß Wercklein zu Gemü-
the/
Das gleichſam Phoebus ſelbſt von ſo gelehrter Hand/
In die gelehrte Welt zur Durchſicht eingeſandt.
Es iſt ſein Dreyerley: der Erſte wird gegraben
Dort/ wo noch ihren Sitz die tapffern Ungarn haben/
Wo Drav und Donau fleußt/ wo Viehzucht/ Gold und Wein
In ihren ſchönſten Flor zugleich beyſammen ſeyn.
Wer kennt nicht Ungriſch Gold? das wichtigſte von allen/
Und da pflegt eben auch Cinnober zugefallen/
Als der mit Golde leich't Solariſcher Natur/
Der edle Sonnen-Sohn/ die theure Creatur.
Nicht nur die Farbe zeigt/ daß von des Goldes Flötzen
Ein Goldgeſämig ſich an Ihn feſt müſſe ſetzen/
Der Schwefel und Mercur vertreten Eltern Statt/
Woraus dieß edle Werck/ wie Gold ſein Weſen hat/
Und auch darein verfällt/ wenn man es wieder ſcheiden
Und künſtlich trennen will/ ſo liegts in dieſen beyden/
Das iſt der von Natur/ der andre wird gebrannt.
(Aus Antimonien/ Spießglas/ zu teutſch genannt:)
Doch muß es ſauber ſeyn/ nicht Unflat mit ſich führen/
Wie Scheide-Künſtler bald es wiſſen zu ſortiren/
Womit ſich abermahl der flüchtige Mercur
Vergattet ſublimirt/ durch würckliche Mixtur.
Der Dritte wird gemacht/ und gehet zur Capelle
Durch bloſen Schwefel/ den der lebende Geſelle/
Mercur/ zugleich beſeelt/ der Zitter-Silber Strahl
Iſt einig und allein nur deſſen Ehe-Gemahl.
Wiewohl man dieſen heut zu Tage nicht betrachtet;
Weil er der ſchlimſten Art/ die Eichel wird verachtet/
Wo ſüſſe Feigen ſind. Der Erſte hat den Platz/
Als auch ſein Camerad/ und ſind ein werther Schatz.
Der den Archeum ſtärckt/ und iſt der Lebens-Geiſter
Ihr ſanffter Lebens-Troſt und rechter Freuden-Meiſter/
Er macht/ daß häuffiger die güldne Qvelle fleuſt/
Und daß der Silber-Strick ſo leichte nicht zerreiſt.

O hätt' ich Worte gnug dich nach Gebühr zu preiſen
Du Haupt-Einnober-Schatz! und deſſen Krafft zu weiſen/
Der ſo viel Gütigkeit dem ſchwachen Cörper ſchenckt/
Und wie ein Balſam-Oel die Lebens-Ampel tränckt.
Er giebt den Gliedern Krafft/ und ſänfftiget die Wehen/
Die faſt den Pfriemen gleich durch Haupt und Schläffe gehen/
Man nennt ihn recht und wohl die Sänfftung der Natur/
Von wegen ſeiner Krafft und hochbelobten Cur.
Sind ſcharffe Flüſſe da und ſaure Feuchtigkeiten/
Wie kan er kräfftiglich dieſelben doch beſtreiten/
Er iſt des Kopffes Freund/ und ſtillt die Phantaſie/
Hilfft dem Gedächtniß auf/ vertreibt Melancholie /
Und auch die Seuche/ ſo von Fallen hat den Namen /
Die Noth/ das böſe Kraut/ und andern Kranckheits-Saamen/
Auch Blaſ- und Nieren-ſtein/ den ſchädlichen Scorbut/
Der unſern Teutſchen offt viel tort und Schmertz aufthut.
Wenn Miltz-Beſchwerungen/ wenn hypochondriſch Zwicken/
In Seiten uns vexirt/ und reiſſen in den Rücken/
Da geht er tapffer drauf/ und ſteuret ſolcher Pein/
Wie auch wenn das Geblüt entzündet pflegt zu ſeyn.
Wenn Auſſatz/ Krätze kömmt und hemmet alle Glieder
So ſchafft er neues Fleiſch und friſch Geblüte wieder.
Ja was noch mehr? Er hat wohl ehender verjagt
Womit der Frantzmann wird zu weilen todt geplagt.
Wer weiß nicht/ daß er bald das Grimmen in dem Leibe/
Wie auch das Lumpen-Ding / die Colice / vertreibe /
Er ſtillt das Fieber/ und der Weiber Mutter-Weh.
Kurtz: der Einnober iſt wie eine Panace.
Die Worte fehlen mir/ es iſt kaum zu beſchreiben
Was mehr hierunter ſtickt; drum will ichs laſſen bleiben/
Indem der Medicin ich nicht bin zugethan/
Wer mehr hiervon verlangt/ ſeh dieſes Wercklein an.
In welchen auch zugleich ein künſtlich Stück zufinden /
Wie man recht künſtlich kan den Männerbruch verbinden/
Durch den Magneten-Zug und Pflaſter euſſerlich /
Davon die Därme ſich erheben ſcheinbarlich /
Und räumen das Qvartier zur Ungebühr genommen/
Indem ſie widerum an Ort und Stelle kommen/

Dahin

Dahin ſie die Natur ſonſt ordentlich verlegt/
Des freut ſich/der die Laſt in Band und Tůchern trågt.
Und dieſes lehren uns Herr Schultzens weiſe Schrifften/
Die ihm bey aller Welt ein ewig Weſen ſtifften /
Er iſt ein ſolcher Mann/der ſtets in Bůchern ſchwitzt/
Und/ mit ſich ſelbſt vergnůgt/in ſtillen Winckel ſitzt.
Er liebet GOtt und Kunſt/ und hat doch ſeine Neider
Denn alſo gehet es bey dieſen Zeiten/ leider!
Wer ſich der Welt entreiſt/ und GOtt zu Ehren lebt/
Dem wird doch immer was in Růcken angeklebt.
Er achtets aber nicht. Wer GOtt und Någhſten dienet /
Der lachet /wenn ihn ſelbſt der Neid auch unterminet /
Der Neid der andre ſticht/und ſich doch ſelbſten friß't/
So lange biß er auch des Nechſten drob vergiß't.
Drum die ihr wenig kônnt als ſchmåhen/ haſſen/neiden/
Und an des Nechſten Thun die falſchen Augen weiden/
Ihr bellet in die Lufft. Was achtet doch den Hund /
Und ſein Geſchnåttere des Vollen Mondes Mund.
Ich freue mich mit ihm zu weilen zu verſchlieſſen/
Ein Stůndgen oder was/und ſeiner zu genieſſen/
Fein in Vertrauligkeit. GOtt hat Gefallen dran
Wenn man einander iſt in Liebe zugethan.
Ich wundſch ihm ôffters auch ein academiſch Leben/
Da ſeine Wiſſenſchafft viel Frůchte kônte geben /
Die edle Wiſſenſchafft/damit ihn GOtt belehnt/
Und fůr viel auderen in Gnaden hat becrônt.
Man ſieht den Rieſen zwar auch in dem Thale ſtehen /
Hingegen mag ein Zwarg ſich noch ſo hoch vergehen /
So bleibt er doch ein Zwarg. Indeſſen wår es fein/
Wenn ieder/wo er hin ſich ſchickte/ můſte ſeyn.
GOtt gebe/wenn es nutzt/ daß ſeines Lobes Ceder
Erreiche fôrderlichſt die hohe Schul-Catheder!
Ich ſeh im Geiſte ſchon/ es folgt gewiß der Preiß/
Mein Gônner ſchreibe fort. GOtt ehre ſeinen Fleis?

M. Ernſt Stockmann/ K. P.
und Pfarrer zu Beyernaumburg.

I. N. J.

# SCHEMA PRÆLIMINARE ET IDEALE DE CINNABARI IN GENERE.

CINNABARIS EST

VEGATABILIS, eſt Dioſcoridea illa propriè dicta, ſeu Sangvis Draconis, ſuccus Gummive peculiaris arboris in Europâ peregrinæ & rariſſimæ.

MINERALIS eſt

Artificialis

Precioſior, Cinnabaris ♁ii ex ♁io & Mercurio ſublimato ſublimata.

Vilior, Factitia ex 🜍 communi & ☿ vivo.

Nativa eſt Cinnabaris Recentiorum mineralis, gleba illa purpuraſcens Hydrargyro repleta ſeu Minium Dioſcoridis.

# CANON. I.

## Sangvis Draconis triplex eſt.

TRiplex eſt Sangvis Draconis 1. eſt Lapathum rubrum Cretenſe, vulgò Sangvis Draconis, Græcis ἐρυθρὸν λάβαθον, Germ. Rotampfer / Drachenblut. 2. eſt Lachryma, ſeu gummi Arboris proceræ, Draconis dictæ, in Africâ genitæ, & in Inſulâ Maderâ, Canariis & Hiſpaniâ conſpicuæ; qvæ eſt Cinnabaris propriè dicta Dioſcoridis. 3. eſt ſangvis Draconis adulterinus, Maſſa illa rubra, é bolo, ſangvine hircï, ſucco ſorborum & aliis compacta.

# CANON. II.

## Sangvis Draconis non eſt animalis, ſed vegetabilis.

ANimalem eſſe ſangvinem Draconis, ex Elephante & Dracone pugnâ eliſum & commixtum, Plinius putat, mercatorum fabulis deceptus L. 33. c. 7. nec non Solinus c. 28. ſed & hic & ille â Leoniceno in erroribus Plinii aliisqve, argumentis ſat validis refutati ſunt. Et qvamvis ſuperio-

periori ſeculo nonnulli putârint (vide qvoqve Weckerum, Antidot. ſpec. L. 1. p. 363.) incognitum, & deperditum qvid eſſe ſangvinem Draconis veterum, attamen vis veritatis, qvæ magna eſt, vicit tandem, & toties oppugnata é vadis falſitatum emerſit, ita, ut omnium ferè calculo nil aliud ſit, qvàm ſpecies ſangvinis Draconis ita dicti vegetabilis puriſſima & tenerrima, tempore Dioſcoridis rara & precioſa, non tantùm Pictoribus uſitata, verùm etiam internis externisqve Medicamentis miſta. Qvē ſangvinem Draconis Nævius in Agricolâ Dialog. Borman. Inſcript. Venetiis vidit, ut & Langius Ep. 65. L. 1. apud Giraldum ab urbe Alexandriâ reducem; Wormius in Muſeo p. 229. clarius deſcribit in exiguis maſſis pyramidalibus ℥ β ferè ponderantibus. Qvin jam olim paulo poſt Plinium & Galenum Arrianus in Luſtratione Maris rubri refert, Lachrimam eſſe Arboris, Aëtius contra putat ſuccum eſſe Plantæ cujusdam Indicæ, Serapio, ſi verſioni fidendum, ſideritidis cujusdam. Novi curioſiſſimum D. Dan. Ludovicum tale qvoddam Folium eximiæ longitudinis, inſtar Algæ vel caricis, craſſioribus tamen, &

durioribus villis præditum, à D. D. Schlegelio Hamburgi dono accepiſſe, hujusqve figuræ intuitu forte Generoſus D. à Mandelsloh Arboris in Madagaſcar ſpinoſiſſimæ, foliisqve orbatæ mentionem fecit. Vide recentiora itineraria.

## Canon. III.

### Cinnabaris Dioſcoridis propriè dicta eſt ſangvis exqviſitus Draconis.

Qvis ſit Arbor Draco, ejusqve Patriam & Figuram vide apud Cluſ. rar. ſtirp. Hiſtor. per Hiſpan. obſerv. L. 1. Hæc Lachrymam ſeu gummi fundit per inciſionem præviam, qvod ahenis decoctum & defecatum Sangvis Draconis dicitur. Qvod itaqve hic ſangvis Draconis ſit Cinnabaris Dioſcoridis propriè dicta, qvam proponit L. 5. c. 109. (antiqvioribus editionibus c. 59.) qvamqve Africanam ſecundum Auctorem vel ſecundum Plinium L. 33. c. 7. Indicam dicere poſſumus, probatur:

I. Qvia ille ſangvis Draconis facultates ferè easdem habet, qvas Dioſcorides huic Cinnabari tribuit, qvasqve Hæmatite Lapillo

pillo efficaciores facit. Sangvis enim Draconis adſtringendi vi pollet, ejusqve uſus non infelix ad muliebres & dyſentericas fluxiones, cruentas exſcreationes, firmandos commotos dentes, & roborandas gingivas. Dioſcor. p. 414. L. 5. Vim habet Cinnabaris Hæmatitæ Lapillo eandem, convenit ad oculorum Medicamenta, verùm efficaciùs, magis enim adſtringit, & ſangvinem cohibet, ambuſtis △, & papularum eruptioni medetur cerato excepta.

II. Celebriores Medici ſangvinem hunc Draconis exqviſitum legitimam Dioſcoridis Cinnabarin non abs re exiſtimant:

Thevetus in ſuâ Americâ ſeu Franciâ antarcticâ c. 5. per Translationem Latiam ſic ſcribit:

Eſt Arboris genus in canariis Inſulis, qvod certis anni diebus Gummi exudat, ſangvinem Draconis vocant, ad arboris radices amplo atqve alto facto foramine. Non eſt diſſimile hoc Gummi Cinnabari, cujus meminit Dioſcorides, cui etiam adſtipulatur Cluſius.

Valerius Cordus in Dioſc.

Cinnabaris, inqvit, ſine dubio eſt Gummi, ſive exiccatus ille rubeus ſuccus, qvi in

Pharmacopoliis Sangvis Draconis appellatur, eſtqve proceræ cujusdam Arboris in Africâ genitæ Gummi, ſive Lachrima.

Renud. de mat med. p. 293.

Cinnabaris Dioſcoridis arboris cujusdam in Africâ naſcentis ſuccus eſt, qvi pro ſangvine Draconis uſurpatur.

III. Cinnabaris intento(non diluto)colore prædita eſt, ut ipſe fatetur. Cluſius verò Gummi arboris Draconis rubram lachrymam vocat;

IV. Ipſe Dioſcorides cinnabarim illam ſuam diſtingvit à cinnabari noſtrá nativâ, qvam ille Minium vocat argento vivo ſaturatum.

# Canon. IV.

## Cinnabaris noſtra nativa mineralis Dioſcoridi dicitur, Minium abſolutè ſeu Minium Dioſcoridis, nonnulli tempore ipſius vocabant cinnabarin, ſed abuſivè ut putat Dioſcorides.

I.

Cinnabaris noſtra nativa Mineralis ex 🜍re ☉ri & ☿io vivo conſtans jam olim tempore Dioſcoridis è terræ viſceribus ſubrui

ſubrui ſolita dicitur Dioſcoridi Minium; Minium, ſcribit L. IV. p. 414. In Hiſpaniis ex Lapide qvodam argenteæ arenæ permiſto temperari ſolet, alioqvi nõ dignoſcitur. Fornacibus autem in florentiſſimum flagrantiſſimumq; colorem permutatur. In metallis verò ſtrangulantem halitum eructat, itaqve facies incolæ veſicis obvelant, ut per illas ſpectent, nec reſpirando noxium aërem attrahant; eô pictores ad ſumtuoſa parietum ornamenta utuntur.

II. Et l. c. p. 415.

Argentum vivum fit ex Minio, qvod abuſivè Cinnabaris dicitur. Patinis fictilibus impoſita ferreâ conchâ cinnabarin continente, & calice cooperta, argilla ſuperlita, carbonibus ſuccendunt, ſiqvidem deterſa fuligo, qvæ calici inſidet, refrigerata in argentum vivum coit.

III. In qvæ Verba Cordus p. 526. In Dioſc.

Minium, cujus hoc capite meminit Dioſcorides, vena eſt, ex qva argentum vivum conficitur: & alio vocabulo etiam Anthrax à colore florido vocatur. Germ. Bergzinnober & Qveckſilbererz. Qvod hodie ubique Minium à Pharmacopoliis & Germa-

 nis

nis Menge dicitur, minimè verum eſt Minium, ſed ſandicis ſpecies, neqve unqvam argentum vivum ex eô fieri poteſt, qvod Minio proprium eſt: Hæc Cordus, qvi conſentientem habet Matthiolum, qvem vide.

# MEMBRUM. I.
## DE CINNABARI ANTIMONII.
### CAPUT I.
### De an ſit.

AN ſit. Tria complectitur hôc loco: Nominis celebritatem, impetrandi poſſibilitatem, & exiſtentiæ limitatam neceſſitatem. 1. Celebris eſt cinnabaris ♁ii jamdudum, nec bonam famam nudius tertius conſecuta eſt. 2. revera impetrari poteſt, contra doctiſſimnm Billichium: vide caput de oppoſito. 3. Qvamvis Cinnabaris ♁ii egregium ſit medicamentum, ut capite qvinto de Uſu dicetur, neceſſitas tamen præparandi eam, ἁπλῶς talis, nulla eſt, cum Natura nativam vegetiorem, & viliori precio ſubminiſtret, eſſentia tamen illius, & enchireſis in ſuo operandi modo deſcribi pot-

bi poteſt & debet 1. Ob lectionem librorum chemicorum, qvæ hinc facilior eſt, & ſcrutinium Naturæ cujus inflamabilis fomes & hîc gliſcit. 2. ob pertinaces, opinionibus ſuis & ἰδιοβουλίᾳ etiam absqve ratione, nimium indulgentes, ac precioſum, qvodqve parabilioribus, & ſic ♁lem nativæ ſelectiori anteponentes, ut & hi habeant, qvod legant, imitentur, corrigant, vel unde reſipiſcant. 3. ut oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant, aut ſi mavis, Homogenea lumen veritatis ſibi invicem fœnorentur. 4. Qvia Parergon, eſt Butyri ♁ii, non negligendum; cum gratis qvaſi habeatur.

## CAPUT II.
## DE NOMINE.

Dicitur Cinnabaris á colore cinnabaris nativæ, cinnabaris verò ♁ii ad differentiam reliqvarum ſpecierum Cinnabaris, deqvibus vide ſchema præliminare, nec non Membr. II. & III. Aliô nomine vocatur Cinnabaris artificialis, mineralis ♁ii corpus ſubrubrum, Butyri ♁ii parergon, Sedativum Naturæ, Archei. Florum nomine

inſignitur à D. D. Wedelio Pharmac. p. 134. cap. III. Flores vel ſalini ſunt, vel 🜁rei, vel medii. Medio modo ſe habent Cinnabaris ♁ii. & ☿ dulcis, & flores ♁ii & §. ſubſeqvens probat, flores & ſublimata magis nominè, qvam reipsâ differre. Omnes enim, inqvit flòres ſublimantur, ſeu in altum evehuntur, licet alii magis, alii minus adſcendunt, ſubtiliores nimium in ſummitatem ſeu alembicum elevantur, qvidem minùs ſubtiles, & paulò groſſiores in Medio Cucurbitæ, vel ♌ ut *cinnabaris ♁ii* qvidem planè in fundo ſublimatur, graviora ſcilicet corpora.

# Caput III.

## De Variis Proceſſibus, qvibus adipiſcimur Cinnabarin ♁ii.

VAriorum Auctorum, ut Hartmanni in Crollii Baſil. chem. Tit. Flor. Butyri ♁ii p. 72. Edit. Genev. Michaëlianæ, Schröd. Pharmacop. p. 434. Zvvelfer. Mantiſſ. ſpagyr. p. 367. Sennert. Inſtit. p. 1440. Rolfinck. chem p. 363. 364. Diſſert. chem Hofmanni Meth. med. Beguini; Blaſii &c Proceſſus laborioſo opere tranſcribere huc

huc, non opus eſt, ſunt enim in omnium manibus, in plurimis etiam conveniunt, in exiguis diſſentiunt. Hos ipſos itaqve evolve ſis, & non invitis oculis lege, qvæ ibi extant. Seqventes verò Qvæſtiones, qvæ ad genuini proceſſus notitiam, & reliqvorum omnium limam faciunt, mecum exactius pondera.

## I.

## De Igne ſuppreſſionis.

IGnis ſuppreſſionis eſt, qvando carbones igniti imponuntur Retortæ, arenis coopertæ, ita ut ἄνω & κάτω candeat Retorta. Dicitur qvoqve ignis fortior, vehementior, urgentior, intenſior. Itaqve non eſt, ignis ſuppreſſus, ein gedämpft Feuer/ut vult Libavius. Hunc ignem deſtillatione butyri ♁ii finitâ admovendum & continuandum eſſe, communis eſt omnium eorum conſenſus, qvi in libris chemicis proceſſum cinnabarin ſublimandi deſcribunt. Sed non opus eſt, ut ignis ad cinnabarin acqvirendam hôc modô intendatur, ſed continuetur ſaltem eô regimine, qvô butyrum ♁ii deſtillatur, vel paulo urgentiori

alias

aliàs ☿rius nimis violento motu vivus deſcendit in excipulum ; & effugit compedes 🜍ris ♁ii, ſeu disjicitur Cinnabaris, & butyro cum ☿ii granulis accedit, ut ex omnibus ſolum monere memini ſaniorum chemicorum decus D. Ludovicum Pharm. p. 353. Ignis, ſcribit, ſecus ac vulgares libelli habent, non ſit nimis intenſus, ſed ſub modificatione qvadam, ne ſenſim concreſcere incipiens Cinnabaris disjiciatur, butyroqve cum ☿ii granulis accedat, etiam citra ſuppreſſionem tantummodò continuus. Hinc etiam ingenui animi ille Vir publicatam animi ſententiam privatâ conteſtatione ſuffulcit, dum per literas ad me nuper datas fatur, & confitetur, qvod fari & confiteri dignum & honeſtum eſt; ipſius verba doctâ manu exarata ſic habent: Jch muß bekennen/ da ich die vielen Jahre über die Arbeit zu meiner privat-diſpenſation zum wenigſten 2. oder 3. mahl eigenhändig jährlich gethan/ daß mit dem igne ſuppreſſionis ich allezeit die Sache etiam legitimis horis tandem übern Hauffen geworffen/ die zum An- und Zuſammenwachs ſich ſchickende ☿- und 🜍iſche Parteien voneinander / ☿vivum , und das allgemach ſich anhengende 🜍 ♁ii in die Vorlage getrieben/

trieben/und dahero nur darinnen mehr ☿ii crudi und bey der ſimplen præcipitation deß ☿ii vitæ an ſtatt eines weiſen ein ſchwefelfarb / doch nicht böſe Pulver oder ☿ vitæ, ſive per ſe adhibeatur, ſive amplius figatur, gefunden/daher ich geraume Zeit mit der ordinaria intenſione deß Feuers nachgelaſſen / und lieber was in 8. Stunden geſchehen ſollen / mit 10. oder gar 12. verrichtet. Qvod de ☿ vitæ tincto ſed innoxio refert. Excell. Vir, idem memini induſtrio olim D. Friderico Hofmanno inter labores tunc noſtros chemicos in Bezoardico ♂tiali contigiſſe, qvod colore ad 🜍reum citrinumqve vergente imbutum erat, ab igne non ſuppreſſionis qvidem, ſed per incuriam intensè nimis ſaltem continuato.

## II.

### An Partes æqvales ♁ii & ☿ii ſublimati reqvirantur ad ≏tionem Cinnabaris.

SI ☿ius vitæ in magnâ qvantitate expetatur, ſalia corroſiva ſuperent ☿ium vivum, in miſto illo corroſivo, ut ſcilicet plus aggrediantur de regulo ♁ii. Qvando autem

tem Cinnabarin largiorem & copioſiorem expectas, ☿ius vivus ſuperet ⊖ia, ſi poſſibile eſt, ne nimium 🜍ris ♁ii ſecedat cum regulo in pulverem altum, & ☿ius plus de ſubſtantiâ ſuâ ſuppeditet Cinnabari vel 🜍ri ♁ii ad efformandam cinnabarin. Dixi: ſi poſſibile eſt, id eſt, ſi qveat augmentari ☿ius, ⊖ibus ipſi adhærentibus non ſimul multiplicatis: Proinde anatica proportio palmam dubiô procul feret. Huc ſpectant, qvæ habet D. D. Wedel Ephem. curioſ. Germ. Ann. III. p. 173. Chemic. ex ♁ cum ☿♎to ana, per ♌ non præſciſſi colli, △ debite adhibito Cinnabarin elegantiſſimam ♁tam produxerunt. Alii pro indubitato axiomate ſupponentes, omne diſſolvens ceu agens pondere debere excellere & ſuperare diſſolvendum, ad P. ♁ii recipiunt P. III. ☿ii ♎ti V. Febur. Traitt. de lachem. Part II. p. 1016. Huc usqve ille. Sic qvi apud Beguinum habetur proceſſus, p. 233. Tiroc. recipit ♁ii pulveriſati ℥iv. ☿♎ti ℥viij, an verò ſoli ☿io vitæ, an cinnabari in majori copiâ ♎ndæ, inæqvalem hanc mixturam deſtinaverit, Vate opus eſt.

III. Qvod.

# III.

## Qvodnam ♁. pro ſublimandâ Cinnabari eligendum.

COmmuniter ♁ crudum ſumunt, qvod verò ſplendens & ſtriatum eſſe debet. Hinc D. D. Ludov. Pharmac. p. 202. Antimonium ſplendens & ſtriatum majorem cinnabaris copiam præbet, uti minus ſtriatum minusqve rubens minorem dat copiam cinnabaris. Alibi: Etiam minus ſtriatum minusqve rubens officio ſuo non deeſt, Emeticaqve dat præſentiſſima, & ſufficientiſſima, niſi, qvod nonnunqvam in Cinnabaris copiâ aliqvantum deficere videatur. Huc usqve. Ratio omnibus obvia hæc eſt; Qvia minus ſtriato minusqve rubenti ea 🜍 copia non ineſt, qvæ ſtriato & rubenti, hinc etiam ☿ vivus eâ copia à 🜍re ♁ii ligari non poteſt. Hofm. clave pharmac. ſcribit p. 295. ex Baſil. Valent. Una ſpecies ♁ii plus ☿rialis altera plus 🜍reæ proprietatis habet. ☿rialis ad naturam ☉rē accedit, qvam arguünt nitentes in eô radii, 🜍rea autem ☉ deſtituta, qvod priorem commendat ſpeciem. Qvæ diverſitas, addit Hofman., ♁ii in cauſa eſt, qvod qvod-

dam

dam cinnabaris, qvam butyri, qvoddam plus butyri, qvam cinnabaris, aliud plus reguli ſuppeditet, unde certorum temporum & conſtellationum obſervatio in regulo ſtellato conficiendo etiam inepta eſt, cum tota hujus rei ratio potius à diverſâ ♁ii conſtitutione dependeat. Idem l. c. p. 314. ♁ magis ☿riale & ad naturam ſolarem accedens, id qvod arguunt nitentes in eô radii, minus cinnabaris ſuppeditat, plus, ſi magis 🜍reum, ſed auro, qvod priorem commendat, deſtitutum. Hæc ille. Addo ego. Langſpieſſig wohlglänzend / etwas ſchwefelfärbiges Spießglaß wird man allezeit hiezu am beſten befinden. Natura illa ☿rialis cum radiis nitentibus, & 🜍 juxta Hofmannum aliosqve negantibus patitur & reqvirit limitationem, qvam ſapiens addat. Qvod etiam culpa denegatæ vel paucioris cinnabaris non in ſolius ♁ii hanc illamve ſpeciem ponenda ſit, vide infra.

## IV.

### An 🜍 ♁ii ☿ium ligans profluat ex regulo, ejusve reliqviis, qvæ de butyro ſuper ſunt, an ex ſcoriis?

Ex

EX utroq;Regulus enim&ſcoriæ ☿re ſuo ſcatent. Regulus autẽ in ♁ii crudi corpulentiã diſperſus ſæpius non plenè à ⊖ibus cauſticis fatiſcit in pulverem albumi,proinde ex utroq; ☿re poteſt ♎ri Zwelf. illuſtrat hanc qvæſtionẽ; Notetur,inqvit, ſi oleũ magis clarũ,ut&cinnab.magis pura deſideretur,loco crudi ♁ii ej⁹ regul⁹ pro eorũ ♎tione ſit ſubſtituend⁹. Itaq; juxta Zvvelf. opinionem ☿ purius &magis nitens,ex regulo,qvàm ſcoriis ♁ij exit ad ligationẽ ♁ii vivi.Hinc patet,qvando ⊖ia corroſiva omnẽ fere regulũ conſumunt, tunc ☿ à ſolis ſcoriis exit. Aliter ſentit Exc. Wedel. Pharm.p. 139. Si ☿rius ♎tus loco ♁ij cum regulo ejusdẽ qvocunq; propellatur, cinnab. non acqviritur. Non pudet in medium afferre, qvã ſuper hac qvæſt. epicriſin Excell.D.D. Ludov. ad me rogatus doctè perſcripſit: Hic,incipit, hæſito. Erſtlich iſt gewiß / daß das ſulphur ♁le dem reliqvo corpori, ſcoriis reguloqve conſtanti intimius planè compliciret ſey / wie man denn auß dem gemeinen ſulphure ♁li, ſive ſimplicius per alcalia, Calx viva und dergleichen / ſive è ſcoriis reguli &c. ſeparato, ſiehet/ und poſt deflagrationes, aliasve ſeparationes alle-

zeit etwas ♀liſches oder regulini zurück bleibet. Wie deñ auch D. Senn. mit dem C in. forſan aliâ qvoqve de cauſa geſchehen/und H. Detarding. l. c. é ʒii Cin. combuſtæ endlich nur ℈ß. reguli erhalten. Ferner iſt gleichwohl per ipſius Proceſſus rationem, ſuperſtantiumqve ſcoriarum affluentiam auch gewiß/ daß der regulus tanqvam pars qvaſi ☿rialis & metallica weniger/ wiewohl reineres 🜍ris bey ſich haben müſſe/und habe/als aus angezognen Proceſſ auch zum theil zu probiren pro Zvvelferi aſſertione. Und ob gleich hernach poſt combuſtionem ℈ß reguli verblieben/ iſt das übrige auſſer Zweifel inſtar florum ſub ejuscemodi labore, pro more, fortgangen. Blieb alſo wohl ſcheinbarer/ daß potior pars auß den non adeò regulinis partibus 🜍ri forte magis complicatis vel complicandis herkäme/und gleichwohl nicht allein per ſe, ſondern auch poſt aliqvalem rectificationem rein genug ſey. Qvid qvod regulus ipſe potior butyri ♁lis ſubſtantiæ pars ſit, & ipſe proceſſus cum integro ♁io, citra qvæſitam ejus ſeparationem reguliqve ſubſidentiam inſtituatur, carboniforme qvoqve qvidpiam ſaltem relinqvat, ſi ritè cuncta tranſigantur. Hinc Langius & Faber repetitò qvoq; regulum ſub-

ſubtrahunt. Als ich dieſes ſchon geſchrieben/ kommt mir mein Handbuch vor/ daß ich dergleichen Arbeit vor deſſen mehrgethan/ und allezeit weniger Cin. mit dem regulo bekom̃ẽ/excide-rat memoria. Huc uſqve. Ex qvibus elicitur, qvod regulus qvidem det ♀,ſed paucum, ipſe potiſſimâ ♀reitate ſua orbatus: Et hinc qvoqve pauciorem cinnabarin; Hinc induſtrius Pharmacopæus Dethardingius ex Reg. & ☿♎to ã ℥iv. tantum ℥i. accepit.

## V.

## An ex ♀re ♁ii & ☿ vivo ♎toqve poſſit ſublimari Cinnabaris.

Affirmat D. Ludov. Pharm. 353. Aliis adhuc modis, inqvit, æqvè feliciter v. g. ♀♁ii cum argento vivo debitè ceu in cinnabari factitia ( vulgari) miſcendo & ♎ndo, item per duo ſaltem inverſa crucibula ſucceſſivè collectam rectificando parari vel depurari poterit. Et D. D. Wedel. Pharm. p. 139. Si loco ♁ii recipiatur ♀ ejusdem & procedatur eodem modo, acqviritur itidem cinnabaris ♁ta longè pulcherrima; Idem Ann. III. Ephem. curioſ germ. p. 174. hunc inculcat proceſſum.

Rec. 🜍 ♁ii cum lixivio ſaponar. fact ℥iij ☿ ♎ti ℥iv.

Pulveriſata & mixta in mortario lapideo cum ſpatulâ lignea indita ſunt ♌æ anguſtioris orificii, datusq; △. κάτω in principio levior, hinc ſenſim auctus donec tandẽ omnia, attamen ſine △ ſuppreſſionis, canduerint. Primùm exiit butyrũ aliqvo modo empyrevmaticũ, hinc ſe oſtẽdit cinnab. anticâ parte colli ♌æ; præcedente, ut ſolet, qvaſi iridis ſplẽdore. Collecta fuit cinna. ferè ad ℥j cum ☿ vivi circiter tantundẽ. Maſſæ in ♌. reſiduæ erat ℥ß. ʒiij reliqvum conceſſit in butyrum cinnab. hæc elegantiſſima eſt, nullius rectificationis indiga.

## VI.

## Qvid de novâ adjectione ☿ij ſublimati ad ⊙ butyri ♁ij juxta mentem Fabri & Rolfincii ſentiendum ſit?

B. Rolfincius Chem. p. 364. Notus, inqvit, à triginta annis nobis fuit modus, ſilentio nõ prætereundus, qvo cinnab. majori copia acqviritur. Proponitur hic à Petro Fabro univerſ. ſap. l. 4. arc. 5.

Rec. ♁ii crudi
☿ ♎ti ã ℔j.

In cornuta (♌) oblongioris colli debitè ante

ante pulveriſata & probè miſta pellantur in vas recipiens, qvamprimũ gummoſus liqvor extillavit, ab opere ceſſa △ remoto, ne qvid cinnab. aſcendat, & in collũ ♌ ſublim. Poſt Rec. ⊙ in ♌ reſidum, ☿ij ♎ti ã q.v. Ad examen Bilancis pondus libretur exæqvo, in novâ ♌, qvæ collũ habeat oblongi⁹, & ampli⁹, capaciusq;, ut cinnab. habeat locũ ſpacioſũ, primũ △ lento, poſt intenſiori, demum ſuppreſſorio, contentum ♁ corpus exceptis paucis ☿ſublimabitur in collum in majori copia. De hoc Proceſſu notandum, qvod novum deſtillet butyr. noviter enim accedentia ⊖ia reguli ♁ii reliqvias aggrediuntur, & cũ ſeipſis in liqvamẽ vertunt. Cui vero bono hoc? Qvando verò ob augendũ pondus ☿ij ♎tus adjicitur capiti mortuo ☿rio priori currente pleno, ut uterq; copioſior ſic à ♀re ♁ii ligetur majori copia, cũ in ♎tione cinnab. ☿ ſemper prius deficiat, qvã ♀ ♁ii, non abſurda eſt intentio, & copioſioris cinnab. expectatio; qvamvis repetitas ej⁹ modi ⊙ extremè nõ peruſti cum novo ſublimato deſtillationes, intuitu qvæſcit laborum compendii, ſeu ſimplicis rectæq; operationis, qvæ egregiam cinnabaris copiam fundit, meritò qvis rejicere qveat.

# VII.

## Qvamdiu ſublimanda Cinnabaris?

CRollius & Schröderus horarum aliqvot mentionem faciunt. Rolfincius per horas IV. vel ultra △ ſuppreſſionis ſvadet; Hartmannus & Barthius in notis ad Beguin. per horas VIII. ignem intendi poſſe poſt ♌ butyri ♁ii conſentiunt. His addo, qvæ pro nuper à qvodam chemiatro audivi: Tamdiu poteſt ſublimatio Cinnabaris debito △ gradu continuari, qvamdiu nec ☿ vivus, nec 🜍 ♁ii deficiunt. 🜍 ♁ii non prius deſinit arripere ☿ium, qvam ipſe adeſſe deſinit. Si alterutrum non ſufficit, non amplius formatur corpus illud rubrum cinnabarinum. Itaqve exactè ſupputandum eſt, qvantum 🜍 ♁ii ad ℥i ☿ii vivi reqviratur, & vice verſa, & qvò usqve ſe extendat pondus 🜍 ♁ii in ℔i ♁ii crudi. Qvod ipſum fieri, & indagari poteſt in præparatione 🜍ris aurati ♁ii per lixivium è calce vivâ coqvendo & præcipitando per +. V. Senn. Inſt. de 🜍. aurato ♁ii, Rolfinc. Chem. in ≏tione cinnabaris factitiæ vulgaris ex ☿ vivo & 🜍, ubi ℥viij vel qvoqve ℔i ☿ii cum

℥iv

℥iv tantum 🜍 miſcentur & uruntur. Huc usqve fari placuit illi: Epicriſeos vice ſubjicio ego: I. Cinnabari ♁ii é ℔i ♁ii eliciendæ horæ 10. vel 12. deſtinentur à principio totius Proceſſꝰ usq; ad finẽ. II. Omne 🜍 ♁ii vix evolvitur, ſed pars mutatur & in impuritates abit ſub cap. mort. pars vero ☿ii vivi poros c. mort. ingreditur; ut ita 🜍is ♁ii & ☿ii vivi proportio & amplexus continuati exſpectatio nulla hic locum habeat. III. Accedit, qvod repetitis coctionibus, & liqvationibus integrum ferè ſtibium, in rubellum 🜍, aurato vulgari non diſſimile, transeat. IV. Cæterum ℔ß. ♁ii Lixivio ſaponario, vel calce viva cocta primâ vice præter propter ℥ß ſuppeditat, poteſtq; repeti: Cum ipsâ calce vivâ coqvendo, ceu lac 🜍 parare ſolent, ferè ℥iiß. Scoriæ reguli ♂tis etiam ê ℔ß ♁ii cum ♂ ℥iv &c. parati &c. V. Qvantum 🜍ris det Cinnab. ♁lis, jam non habeo determinare, pictoria verò vulgaris ſi ſolvitur, modo omnibus noto, vel ☿ius ipſi adhærens reſuſcitatur, facile analogia ſubminiſtrabit ♁lis pondus.

## VIII.

## An Cinnabaris poſſit ſublimari ante Ω butyri.

NOn commodè poteſt qvia⊖ia corroſiva pri⁹ aggrediuntur ♁ii regulũ, qvamdiu itaq; hæc ⊖ia in regulum agunt, & celeriori ſua ſtillatione eundẽ ſecũ rapiunt, tamdiu qvietus jacet ☿ gravior & ♌tioni ac ſolutioni non adeò aptus. Dum autẽ abſoluta eſt illa⊖ium corroſio, & reguli fere ſolutio, tũ demum incipiat ☿ius elevari, & cũ ♁ij 🜍re abit in cinnab. Schröd. qvidẽ ſvadet; Si deſideras poti⁹ cinnab., da ſtatim △ fortẽ, ſed raro procedit. But. enim, ☿ & 🜍. confunduntur, ſi nimis intenſo gradu propelluntur omnia. Tunc enim optimè ☿rius vivus ſublimatur, qvando ⊖ia corroſiva nil negotii amplius faceſſunt regulo ♁ii, qvem lubentius aggrediuntur, qvam ☿ium.

## IX.

### Qvantum Cinnabaris ex ♁ij & ☿≏ti anatica proportione ſublimetur?

B. Rolfincius ex ã ℔iſs. non plus, qvam ℥iij accepit Chem. p. 363. D. D. Ludov. ex ã ℔j ℥iij & jv. ſublimari ſtatuit Pharm. p. 353. D. D. Wedel. Pharm. p. 242. ex ã ℔ſs. Cin. ℥ij, iij vel plus promittit Hofm. clave p. 314. Facile ex anatica portione ſcil. ℔j ♁ij 🜍rei crudi & ≏ti ad 3. vel 4. ℥ haberi poſſunt,

ſunt, citra ☉ repetitas cum novo ☿io ♎to deſtillationes. Poſteriora pondera veritati & experientiæ conveniũt. Scil. cinnab. qvãtitas magnã partẽ reſpondere debet qvantitati argenti vivi cum ⊖ibus ſubl. ℔j. ☿ii ſubl. plus ſæpius non occultat qvam ℥iv. ☿ii vivi, juxta deſcriptiones ☿ii ♎ti in libellis chemicis extantes. Tantundem itaq; (excipe ☿ium, qvi in poris ☉ latet,) arripit 🜍♁ii & in Cinnab. convertiti, ſi plus adeſſet, plus etiam converteret. Nota 1. poſt ſubl. copioſiorẽ Cinnab. cap. mort. non regulinũ & nitens eſt, uti vulgò ſolet eſſe, ubi cinnabaris exigua qvantitate aſcendit. Sed atrum, carboni forme, extreme peruſtum, (inſtar ⊖is ♀. è lixivio in olla extreme exiccati,) in fundo tamen ſtriatum. 2. Cinnabaris vel copioſior, vel paucior vel nulla non oritur ex ſolô ♁ii ſelectu, ut vult Boyle cum aſſectis, qvamvis ſelectius recipiendum ſit, ſed ex ipsâ qvoqve ſiniſtra dextrave enchireſi, ignis ſuprà intimato regimine, retortæqve colli genuinô ſitu.

## X.

## An Cinnabaris rectificari debeat & qvoties?

COmmuniter ternâ vice ≏tionem repetunt. Curioſi autem & qvi conſveverunt puritatem, ſplendorem, & ſubtilitatem extrinſecam medicamentorum venari, vires verò perdere & pervertere, ſepties ≏tionem repetunt, cum magnatibus, qvibus in deliciis ſæpe eſt Cinnabaris hæc, adeò, ut vel ipſi, niſi me fallit memoria, operam navent huic præparandæ, eandemqve, qvemadmodum Alexander Homerii Iliada, ſecum circum ferant. Hinc qvoqve Hofm. Clav. p. 314. Crebrior inſtituenda eſt rectificatio per duo inverſa vaſa ≏toria fictilia, ut ſcorias omnes deponat. Qvod verò non utiliter ſuſcipiatur Cinnabaris noſtræ rectificatio, confirmat indefeſſus chemiator D. D. Wed. Pharm. p. 139. dum ſcribit: Cinnabaris ☿ii rectificatione magis deturpatur, comburitur enim 🜍 illud purum ☿ii, qvod ſecum continet; Hæc ille. Proinde abſtineamqve tàm noxio & inutili labore. Nec præcipiatur in libris rectificatio, qvę in praxi ab ipſis præcipientibus negligitur. Multi trinas, pluresve ≏tiones, extractiones, depurationes inculcant in ſcriptis ſuis, ſaltem ut ſingulariores videantur, ipſi verò ne ſemel

qvi-

qvidem rectificata cinnabari utuntur. Minimo qvoqve periculo hanc vel millies adhibitam fuiſſe novi, adhærentis tamen butyri formis ☿ii vitæ particulis probè liberatam, ut infra dicetur. Nunc ſubjicere placet enchireſin canonicam, ſeu genuinam, butyrum & cinnabarin ♁ii optimo proventu ſpondet, numeris incluſam.

I. *Sumatur ♀ii Hungarici crudi ſplendentis & rubentis ſeu 🜍rei, nec non ☿ii ♎ti vulgaris anatica portio, e.g.* ℔*i.*

II. *In Mortario* æneo, vel ferreo, vel marmoreo contunde, pulveriſa & miſce egregiè vel in eodem tali vel vitreo mortario, cave tamen à fumo, qvi inter terendum elevatur.

III. *Si diſplicet* in aëre, vel aprico, vel cellâ, qvod moram feſtinanti facere poſſit, relinqvere mixturam per ♋. aliqvot more ſolito, ut ab aëre attracto nonnihil humectetur, & hinc butyri qvãtitas augeatur: Tunc loco cellariæ hujus repoſituræ recipe ſtatim miſturam hanc, inde retortulæ vitreæ, qvæ capit ℔*iii vel* IV. △æ. (von 4. Pfunden) *oblongioris* & non adeò ampli colli, cujus roſtrum natura deorſum vergit, id eſt qvod inter effingendum à vitrariis ita effi-

effictum eſt, & non uti haud pauca noſtra, directum, deinde cochlear unum vel alterum △. ſimpl. guttatim defluere ſinas, ut ſimul eluatur, ſeu abſtergatur, qvod inter ingerendum collo retortæ adhæſit.

IV. *Hanc* in ∴ colloco, profundius ſepelias eam, ut ferè capellam ipſam qvaſi tangat, fortè ad digiti tranſverſi diſtantiam, ita actio Ignis expeditior eſt. Roſtrum verò capellæ exciſuram fornacisq; partem immediate tangat, ita facilius deſtillat liqvor & roſtrum eum in finem eò magis incaleſcit, wenn es in dem Ausſchnitt des Ofens / wo der Schnabel herausgehet / aufliegt.

V. Vas recipiens vitreum admoveatur retorttæ, aqvæ communi ſemiplenum vel facuum, ſi butyri compagem expetis integram alios fortè in uſus, tunc ▽. dimittatur;

VI. Commiſſuræ qvoqve veſicâ bubulâ muniendæ ſunt, qvia nares admotæ aliqvid: In principio tranſpirare ſentiunt.

VII. △e Modificato, ab initio ad finem, citra ſcilicet *ſuppreſſionis* △, *ſpiraculis omnibus* ſuper-

ſupernis apertis, *præſertim ſi major* materiæ qvantitas, deſtillatur liqvor gummoſus, qvi ſi collum retortæ obturare videatur, carbonem ardentem ſubde, ut liqveſcat butyrum & defluat, qvamvis genuinus roſtri ſitus id non ſemper reqvirat.

VIII. Poſtqvam igne ſic modificato exiit Butyrum, ſervetur ille in ſuo gradu intenſo hoc eſt, qvi ultimo ∴ gradu haberi poteſt, usqve ad finem operis, ut Cinnab. ſenſim ad latera colli 🝭æ ſublimetur & decumbat.

IX. Totus ſic labor butyraceus & cinnabarinus finietur 12. minimum horis.

X. Qvibus peractis frange 🝭 & collige cinnabarin.

XI. Collectam ablue aliqvoties ▽ font. ut butyrum antrorſum, retrorſum vel circum circa forte adhærens & Mercur. vitæ occultans eluatur, ſicqve tædium tædioſæ rectificationis toties repetitæ levetur, ac periculum ſubſeqvens circa uſum una vice ſic impetratæ, & confectæ cinnabaris exſpiret.

XII. Qvo plus acceperis cinnabaris, eò felicior eris, qvia non ſemper Fortuna favet ſingulis ſingulorum

enchi-

enchireſibus, qvamvis ad vivum easdem reſeces.

De butyro autem 🜄uqve 🜔li philoſophico hanc coronidem nota:

I. *Probè ſubſideat* craſſamentum, qvieteqve per dies aliqvot ſtet. Ita rectificatione non eſt opus, remanetqve in fundo impuritas cum ☿ii vivi nonnunqvam granis.

II. ℥ix. Butyri dant ſpiritus ad internos uſus ſufficientis ℔vi. Guttæ 20. ℥iii aqvæ f. ſatis acidulant, atqve ſic evaporatione non eſt opus.

# Caput IV.

## De Materia exqvâ ſeu principiis conſtituentibus ſive compoſitionis, vel Elementis propioribus.

PRincipia conſtituentia Cinnabarin ſunt 🜍♁ii & ☿ vivus. A ☿io Cinnabaris gravitatem, à 🜍 colorem, ab utroqve vim agendi & operandi habet. De qvibus uberioris explicationis, & indigitandi conſenſus cauſa nota ſeq. virorum doctorum Teſtimonia.

Hart-

Hartmannus in not. ad Beguin. p. 234.
Ex 🜍 ♁ii & ☿io ≏to conflatur cinnabaris. Hic præmoneo, cum ☿ ≏tus propriè & famosè ſit compoſitum illud corroſivum, ☿io vivo & ⊖ibus conſtans, ſatius eſſe puto, dicere: Cinnabaris ex 🜍 ♁ii & ☿io vivo conflatur.

Rolfinc. Diſput. chem. 5. c. 24.
Miſtum eſt hoc Corpus ſubrubrum ex ☿ & ♁, eâ proportione, ut prævaleat ☿.

Senn. Conſenſ. & Diſſenſ. p. 414. 415.
Dum deſtillatur butyrum ♁ii dictum, Corpus qvoddam cinnabaris colore in collo 🝭 colligitur, qvod etiam cinnabaris ♁ii appellatur. Verùm *miſtum eſt ♁ & ☿*. Ut enim cinnabaris vulgaris paratur ex 🜍 vulgari & ☿ ſimul ſublatis, ita dum *Pars ♁ii ☿riiqve* ſimul ſublimatur, & in collo 🝭 colligitur, ſe ſe miſcent, corpus iſtud cinnabaris ♁ii dictum oritur. Si in locum ♁ii ſubſtituiſſet 🜍 ♁ii, propior veritati fuiſſet Sennertus.

Hofmannus Meth. med. p. 142.
Partes volatiles ♁ ſulphureas & mercuriales agnoſcit.

Et Paulò poſt:
Mercurius, inqvit, compedibus ♁ ii ſulphureis in cinnabaris eſt ligatus,

Idem

Idem ibid.

A. ſulphur ♁ii & Mercurii vis cinnabaris diaphoretica, anodyna, & ſpecifica veneni epileptici domitrix emânat.

Excell. D. Wedel. Anno III. Ephem. curioſ. p. 137. 174. Pharm. p. 139.

Ex ſulphur. ♁ii & Mercurio ſublim. fit cinnabaris ♁ii. ſtem.

Cinnabaris ♁ii nihil aliud eſt, qvam Mercur. ſublimatus dulcis, ſulphure ſeu Tra. ♁ii embryonatus, vel imprægnatus; ut enim Mercur. dulcis ſpoliatus eſt acribus ⊖ibus, ſeu inſipidus, ita cinnabaris ♁ii tuto intra corpus ſumitur. Item: Elementa cinnabaris in genere ſunt duo ſulphur & Mercurius. Ex ſulphur ♁ii, qvo maximè abundat; & Mercur. ſublimato, fit cinnabaris ♁ii, ∽ ⊖ini ⦶ti in ☿ ≏to adjuvant evolutionem ſulphur. uti per Mechanicam notum eſt. Item: Cinnabaris eſt duplicis Naturæ, Mercur. qvoad majorem partem qvidem, & ſulphuræ, qvibus terra qvaſi baſin præbet. Cum vero non ſufficiat dicere, qvæ ſint elementa rerum, ſed & probare ea inſuper opus ſit, & rationum momentis ſtatuminare, Proinde.

1. Qvia

I. Principium ſeu Elementum Mercuriale probatur in cinnabari.

1. Qvia ☿ poteſt regnerari ex cinnabari, qvod omnibus notum eſt, & in probatione ſecundi Elementi uberiùs patebit.
2. Gravis valde eſt cinnabaris.
3. Eò pondere non reviviſcit, qvô ♎tus eſt, in Mercurium vitæ verò non tranſit, ut qvi naturæ ♁lis eſt, qvemadmodum in Diſſert. meâ de Mercurio vitæ eviciſſe videor, nec in poros ♁ii tantâ copiâ ſe inſinuat.
4. Cum ſulphure vivo & 🜍 Antimonii in ejusmodi formam cinnabarinam poteſt ſublimari, qvamvis friabiliorem, nec adeò campactam.

II. Adeſſe verò 🜍 Antimonii probatur

1. Qvia in ♁ 🜍 maximè abundat, ut qvibusvis lixivioſis ferè totum in 🜍 abire poſſit. In Mercurio verò ♎to ad ſunt ⌒. ⊖ini & ⊕lici, qvi evolutionem ſulphur. prohibent, ſicut & ſolus ⌒ ⊕li ab Antimonio abſtractus ſulphur. extrahit. itaqve cum △. vi primum ⊖ia hæc cum parte florum Antimonii in butyrum ſunt reſoluta, interim panditur ſulphur Antimonii, qvod

cum parte ☿iali dulci in collum ♌ ♎tur, & attollitur.

2. Cinnabaris ♁ii coctione, cum lixivioſis fatiſcit non tantum in ☿ currentem, ſed & in 🜲 Antimonii puriſſimum. E. g. coqve cinnabarin Antimonii cum lixivio fortiſſimo, ſeceſſione factâ Mercurius in fundum ſubſidet currens, 🜲 verò vel ſenſim & ſenſim ſponte ſuâ decidit, vel acidis præcipitatur, & hoc ſudoriferum eſt. Vide Excell. D. Wedel. Anno III. Ephem. p. 137.

Superpondii vice notandum, qvod Zwelferus mantiſſa Herm. putet, cinnabaris Mercurium partim ex Antimonio, partim à Mercurio ♎to provenire, ☿ius inqvit vivus, poſt præparationem & incoctionem 🜲 ♁ii in lixivium ex cinnabari ♁ii, in ſartagine conſpicietur, partim ex ☿ ♁ii, partim ex ♎to originem trahens. Sed cum adhuc ſub judice lis ſit, an reverâ detur ☿ius Antimonii, ſatius eſt ☿ium vivum in cinnabari exiſtentem Mercurio ♎to acceptum referre, donec veritas Mercurialis è puteo Antimoniali nitidius emergat.

CA-

# CAPUT V.

## De Fine & Uſu cinnabaris Antimonii ſolitario & ſocio in variis morbis, ejusqve qvalitatibus ſeu proprietatibus & affectionibus, qvæ unà promiſcuè tanguntur, nec non de ſpecifico cephalico D. Michaelis.

### I.

Cinnabaris Antimonii in arthritide vagâ ſcorbuticâ, colicâ, convulſionibus, cutaneis affectibus compluribus, epilepſiâ, eryſipelate, febribus malignis, peſtilentiali, petechiali, Hypochondriacâ & hiſterica affectione, Lue ♀reâ, morbis contagioſis & iis omnibus, ubi ſerum acre & auſterum peccat, & coagulationem ſangvinis minatur, in morbillis, nervoſarum partium doloribus, odontalgiâ, paralyſi, peſte, phantaſiæ vitiis, ſcabie malignâ, tremore ex Mercurio, variolis, & vertigine polychreſtum eſt medicamentum. Rarò per ſe ſumitur, ſæpius miſcetur cum magiſteriis, qvamvis ſola præparata interdum præſtan-

tiora ſint, Ocul. ♋. Perl. Matr. perl. corall. r. Cl. phil. ambra, Moſcho, elæoſaccharis, ⊖ibus volatilibus, de qvibus omnibus nota teſtimonia doctiſſimorum virorum, qvæ infra, ubi opus erit, modeſtæ epicriſeos obelo notabunt regulæ & cautelæ noſtræ, circa naturam & uſum cinnabriorum.

Hartmannus in Notis ad Proceſſ. Crollii de floribus butyri ♁ii p. 72.

Ex cinnabari Antimonii, inqvit, paratur præſtans Diaphoreticum, ſi ejus partes æqvales cum Magiſteriis Cranii humani, coralliorum & perlarum commiſceantur, ejus uſus eſt in Epilepſiâ & Paralyſi, qvas ſolo ſudore repetitis vicibus, ſi bis ſingulis ſeptimanis uſurpetur, præcedentibus tamen evacuationibus, per pulverem laxativum ſenæ deſcriptionis Wieri, neceſſariis & appropriatis tandem tollit: Ejus doſis eſt à gr. X. ad 16. in ▽ ſenecionis adſudandum aliqvoties exhibitum. Eryſipelata capitis præſertim in Mulierculis iſtis affectibus valde obnoxiis mirificè ſanat. NB. aliàs difficulter, ſi Eryſipelas eſt ab ebullitione ſangvinis menſtrui, nimirum ſi ſint plethoricæ. v. l. c.

Idem

Idem p. 230. Ad Caduci inveterati curam à proprietate & mira præſtat multumqve facit pulvis Epilepticus duplex ex cinnabari Antimonii.

Rolfincius Chem. p. 365. τῶν ἰατρῶν δεινότατοι Recentiores dignitatem antepilepticam & antidinicã attribuunt cinnabari Antimoniali. Idem Diſſert. Chem. 5. de ♁ cap. 17. Vires diaphoreticæ excellunt ad gr. v. vj. in convenienti vehiculo, ſi ſumatur, in Lue ♀reâ, cephalicæ & antepilepticæ deprædicantur à multis.

Zvvelf. p. 367. Cinnabaris Antimonii ſi pura, per ſe etiam medicamentum eſt diaphoreticum & antepilepticum.

Hofmann. Meth. med. p. 142.

Contagioſis, epidemiisqve morbis ipſiqve Peſti ſingulari proprietati reſiſtit, vel exteriùs appenſa. Ab utroqve 🜍. ſcilicet ♁. & ☿. vim ſingularem diaphoreticam, anodynam & ſpecificam veneni epileptici habet domitricem. Taceo; qvod horum ſingula. ſcil. ſulphur Antimonii & Mercur. ſeorſum in Morbo gallico, ſcabieqve malignâ conferunt, ab iis conjunctis longè uberiùs expectandum.

Idem p. 142.

Cinnabaris Antimonii egregium eſt ſudoriferum, in caduci miaſmate expugnando, à Johanne Qvercetano in Tetrad. graviſſ. affect. c. 33. Hadriano à Mynſicht & Hartmanno maximè commendatur.

Idem p. 143. ubi de cinnabari ♁ & nativâ verba fecit.

Ex hâc pergit, *panacea* fit *Cl. Hartmanni;* Huic cinnabari correctæ, ſive Antimoniali ſive nativæ, ſi addantur Magiſteria cordialia, & epileptica, cum fecul. rad. pæon; Fit inde *ſpecificum cephalicum laudatiſſimum.* Cl. D. Joh. Michaëlis p. m. & Pulvis epilepticus D. Mæbii p. m. additis ſmaragdi præparat. C.C. ſ. △. C. alcis ſ. △ & viſci coryl. ſ. q. Doſ. à g. v. ad ʒj. Qvò ſpectat & panacea de la Viqve Medici Regii Pariſienſis, qvâ in morbis deſperatiſſimis qvaſi miracula præſtitit, ſummo cum nominis ſui, & rei familiaris incremento, unicum granum hujus dedit pro coronâ imperiali.

Idem p. 284.

Ex cinnabari Antimonii in præparatione Mercurii vitæ ♎to, præſtantiſſimū paratur antepilepticum, qvod baſis eſt ſpecifici

cifici cephalici D. Joh. Michaëlis, & pulveris antepileptic. D. Mæbii, additis Magiſteriis ſpecificis, epilepticis, & cordialibus. Et p. 289. In tremore à ☿ valet cinnabaris ♁ii.

Idem clave p. 314.

Cinnabaris Antimonii eſt præſtantiſſimum ac tutiſſimum medicamentum Mercuriale, cũ beroartico minerali ſ. item Antimonium diaphoretico miſcendum, ad vim illorum diaphoreticam, ac ſedativam exaltandam.

Excell. Wedel. pharm. p. 139.

Vi cephalicâ, nervinâ, abſorbente humores acidos, acres, auſteros, & in coagulum abeuntes liqvante & fundente excellentiſſimâ prædita eſt, ♁ii & nativa Hungarica, inprimis ſolaris.

Idem Ann. III. Ephemer. p. 174.

Cinnabaris Antimonii medicamentum longè nobiliſſimum, non in capitis modo affectibus, qvibus vulgò hactenus unicè deſtinatum eſt, ſed omnibus adeò morbis abundantiæ ſeroſæ acri, qvæ membranas & nervos qvoqvo modo laceſcit, debitis; Unde in

affectibus hyſtericis, ſpasmodicis, arthriticis, abundè officium facit.

D. Möllenbroc. Arthr. vag. ſcorb. p. 87. In arthritide vagâ ſcorbutica non exulare debet cinnabaris Antimonii, egregiæ in hoc morbo debellando virtutis. Et p. 160. Huc qvoqve referri poteſt ſpecificum Dn. D. Mich. qvod ob cinnabarin Antimonii, qvæ ejus compoſitionem ingreditur, non ſolum anodynam vim posſidet, ſed & ob alia ingredientia nervos nervoſasqve partes roborat, inprimis ſummo cum fructu uſurpari poteſt, ſi pulveri ejus anodyno confortativo miſceatur.

D.D. Luja Practicus ille Leucop. celeberrimus in MSC.

Cinnabaris ♁ii wird gebraucht wider ſtarckes Hauptweh/ contra epilepſiam, vertiginem, peſtem, febres malignas, auch in gefährlichen täglichen Zufällen/ in febribus continuis & intermittentibus, dienet auch wider allen calorem præternaturalem, Eryſipelas, dyſenteriam, tusſim à ſingulari humorum acredine, thoracis compreſſionem, & Aſthma, in variolis & morbillis, optimè aliis miſcetur: In Gicht und Gliederreiſſen/ iſt er ein ſonderbar Mittel / gibt in poolagrâ ſeine

Ein-

Linderung. Uber dieſes dienet er contra ſcorbutum, und deſſen Dolores, ſangvinis ebullitiones ſiſtit, in rob. ſamb. cereviſ. vel conſerv. roſ. doſ. adulto ʒß.

FORMULÆ.

*Rec. Cinn. ♃ii purificat.*
*Magiſter. corall.*
*perl.*
*cran. h. ã. ℥j.*

F. Pulvis ſubtiliſſimus, antepilepticus, diaphoreticus, doſis à gr. X. ad XVI. bis in ſeptimanâ adhiberi poteſt. Schröd. pharm. p. 270. Senn. Inſtit. p. 1440. Harm. Prax. chem. c. 37.

*Rec. cranii Hom. ſtrang. & ſine △ calc. ℥j.*
*Ungul. alc.*
*Viſci qverni.*
*Cinnab. factit. ã ℥ß.*

M. F. Pulvis epilepticus mirabilis, cujus ℈ß. pueris ſtatim poſt paroxyſmum datur, adultis verò ℈j. iteretur, certiſſimè liberat.

*Rec. Magiſt. cran. hum.*
*CC.*
*corall. r.*
*perl.*
*ſucin.*

*Fecul. bryon.*
*pæon.*
*Viſci qvern.*
*Cinnab. ♁ii ã. q. ſ. M.*

Hic pulvis inſigne eſt & præſtantiſſimum antepilepticum ; abolet enim epilepſiam , niſi malum ſit hereditarium, qvod tali modo dignoſcitur , ſi patiens ſcilicet Pulverem hunc aſſumtum ſecundò vel tertiô repetitum retinere nolit. Prodeſt qvoqve paralyticis , reſolutis , convulſis, vertiginoſis ; Epilepticis detur decreſcente Luna , niſi affectus ratio temporis moram hanc diſſvaſerit. Doſis per ſe gr. ij. ad vj. Poteſt tamen extendi ad gr. XV. XX. XXX. pro ratione ætatis. D. Dan. Angelus in catalogo Medic. ſpagyr.

Nota : Signum hoc à revomitione petitum, non eſt perennis veritatis ; Sæpiſſimè novi cinnabarin datam & ſumtam eſſe citra vomitum , citra qvoqve extirpationem.

*Rec. Cinnab. ♁ii.*
*Mag. C. Alc. ã ʒij.*
*Elæoſ. citri.*

*angel.*

*angel. ā.ʒj M. in vitro S.* Hauptſtärckend Pulver. *Rolf-chem. p. 365.*

*Idem.*

*Rec. Cinnab. ♁ii ℥ij.*

*Pulveriſata in Alcool irroretur & miſceatur*

*°° ſuccin.*

*mentæ ā ℈j.*

*cinnam.*

*roriſm. ā ℈ß.*

*In Mortario vitreo piſtillo vitreo, poſt adde*

*Cranii hum. S. △*

*Ungul. alc. pp.*

*C. alc. pp. ā. ʒj.*

*Fecul. pæon. ʒij.*

*Irid. flor.*

*Magiſt. perl.*

*corall.*

*ocul. ♋. ā ℈ß.*

*ambr. gryſ. ℈ß.*

*Moſch. ℈j.*

*Elæoſ. citri q. ſ. ad gratum ſaporem,*

In mortario agitentur, miſceantur, adde fol. ⊙ no. VI. S. antidinicum & epilepticum tragema.

*Ibid. Rec. Cinnab. ♁. ʒj.*

*Magiſt.*

*Magiſt. C. alc. ℥iij.*
*corall.*
*perl. ā ℥ß.*
*cran. h. ʒj. M. F. Pulvis.*

*Idem Diſſert. chem. V. cap. 17.*
*Rec. Cinnab. ♄. ʒß.*
*Minutim pulveriſata irroretur.*
*🜄 rorism.*
*rutæ ā ℈ß. adde.*
*⊖ ſuccini vol.*
*CC.*
*ſterc. pavon. ā ℈ß.*
*Cran. hum. pp.*
*Magiſt. perl. farinac.*
*coralli butyr.*
*ocul. ♋. butyr. ā. ʒß.*
*Moſchi.*
*ambræ ā. gr. x.*
*Sach. canar. ad pondus O. M.*
*Doſis ℈ß.*

## V.

## De ſpecifico cephalico D. Joh. Mich.

I.

Specifici cephalici celeberrimum inter plurimos Doctos, & Indoctos nomen eſt.

II. Di-

II. Dicitur Specificum cephalicum ob potiſſimum ingrediens capiti ſeu ſpirituũ animalium vitaliumqve ſedationi hactenus dicatum, qvod eſt cinnabaris Antimonii vel vulgaris nativa ſelectior præparata: Cui accedunt alia cephalica vulgò dicta ſpecifica, & inprimis Antepileptica, ut feculæ radicis pæoniæ, magiſterium ungulæ alcis, cranii hominis, violentâ morte peremti, C. alcis, CC. Unicornu, ſmaragdi, ſuccini, qvorum ſumma utilitas, in morbis capitis ſeu tectis, ſeu manifeſtis ubiqve vulgò deprædicatur. Non verò tantùm ſpecificum cephalicum cluit, ſed & cordiale, ob ſpecies qvasdam cordis corroborationi conſveto more deſtinatas, qvæ ſunt Magiſterium perlarum, corallorum & aliæ, qvæ omnes hanc panaceam ingrediuntur. Teutonicâ lingvâ vocatur das Leipzige / oder D. Michels rothes Hertz- und Haupt-Pulver. Poteſt etiam dici ſedativum Archei vitalis & animalis, anodinum Naturæ, ſedativum Naturæ, antepilepticum, antiphreneticum. Delirantium nonnullorum aſylum. Rationis & ſanæ mentis non rarò promum condum.

III. Μετὰ προϑήκης verò nominaturD. Michaëlis ſpecificum, non qvod auctor hujus compoſitionis vel virtutis patefactæ extiterit ille vir celeberrimus , ſed qvod freqventiſſimè illo ipsô uſus fuerit in praxi. Hinc non erubeſcit fari & fateri D. Hofmann. Clav. pharm. p. 293.

Infinitos ferè ægros, qvos multa millia vocat, ſpecifico hôc cephalico, D. D. Michaël. ſvaſore & diſpenſatore, adjutor fuiſſe. Veſtigia hujus ſpecifici vide apud Hartmann. prax. chem. c. 37. Mynſicht. Armam. chem. qvod D. Joh. Mich. in perpetuis deliciis fuit, p. 110. 111. &c. Craton. Qvercetan. & alios.

IV. Materia, ex qvâ conſtat ſpecificum hoc, ſunt ingredientia cordialia, & cephalica, qvæ conſtituunt totum compoſitum, ut verò, qvænam illa ſint, pateat, in conſpectum prodeat proceſſus authenticus D. Joh. Mich. familiaris.

*Rec. Cinnab. ♁ii per ♎tionem ſæpius rectific. vel cinnab. nativ. armen. ſelectioris ſexies vel ultra rectif. ℥iij.*
*Fecul. rad. pæon. ℥iß.*
*Magiſter. epil. ℥ß.*

*cord.*

*cord. ℨij.*

*Fol. ☉. nō j. M. F. Pulvis*

*S. ſpecificum cephalicum S.* rothes Hertz- und Haupt-Pulver.

*Magiſterium epilepticum.*

*Rec. Magiſter. Ungul. alc.*
*cranii hom. viol. morte peremti.*
*C. alcis.*
*Magiſt. CC. ā ℥ß.*
*ſmaragd. orient. v. ℥j.*
*unic. v. ʒij.*
*ſuccini ʒj. M. S. ut ſupra.*

*Magiſterium cordiale.*

*Rec. Magiſt. perl. ʒij.*
*corall. ℥ß.*
*granat.*
*hyacint.*
*ſapphir. ā ʒij.*
*oſſ. de cord. C. ʒj. M. F. Magiſterum cordiale.*

His deſcriptionibus ſubnectit avtographum D. Mich. notandum hîc eſt, qvod Magiſteria, qvorum mentio facta eſt, plerumqve ſpiritu Vitrioli vel ⊕ tanqvam menſtruo ſuo præparentur, in atomos ſeparentur, & poſtmodum ⁘ tartarus per deli-

deliqvium facto præcipitentur. Satius tamen eſt, qvando ſucco citri vel granatorum acido Tr. Mæbii aperitivâ miſto, vel Acet. deſtil. ⦶ ⏜u acuato (Menſtruo illo noſtro plumoſo) ſolvuntur, ſolutio autem (ſi cum ſuccis facta eſt,) ▽ fontana ſimplici vel (ſi cum Acet. deſtil.) ſpiritu 🜔-li, qvi elegantius & nitidius præ ∴ ♀ dat magiſterium, præcipitatur & edulcoratur. Hucusqve avtographum. Vide qvoqve Hofmann. Clav. pharmac. p. 293. & theſaur. pharmac. p. 81.

V. Qvamplurima hujus ſpecifici ingredientia vel exiguæ ſunt ſpecificæ efficaciæ, vel corruptivæ & deſtructivæ, prolixæve præparationis, vel homogenea & ſymbolica adſunt ipſis magiſteriis ſuperiora vel æqvalia, & tolerabiliori precio extantia.

VI. Cinnabaris nativa ſelectior genuino modo per lotionem præparata, vilioris precii eſt, & Antimonialem ſuperat, ideoqve præ hâc eligenda.

VII. Cinnabaris vel ♁lis vel nativa non benè toties ♎ri jubetur, ut ex ante dictis, & poſt dicendis patet.

VIII.

VIII. A plerisqve jam conceſſum eſt, ſimpliciter præparata & lævigata vel ſubtiliter pulveriſata & elutriata palmam in deſtinatione ſua præripere magiſteriis per ⌒⊕licos, ⦶ſos, & ⊖inos alteratis & perverſis, proinde illa etiam his hoc loco, certo tamen reſpectu, & cum peculiaris indicationis exceptione, præferenda ſunt. Siqvidem plumoſa Magiſteria non abſolutè rejicienda ſunt; ubi adſtrictio & diaphoreſis euphoriã promittit, cum ⌒⊕li, ⦶ per abſtractionẽ patata faciunt officiũ. Cæterùm + ſimplex acerrimum æqve ſolvit ac acet. deſtil., ⌒⊕li qvoqve ſolvit qvidem lapides, & oſtracoderma, ſimul tamen eádemve actione præcipitat, aut à ſe dimittit. Sic qvoqve ſuccus citri: qvid qvod ejusmodi ſolutionem precium poſcant & augeant; Præcipitatio verò ſolutionum cum ▽. ſ. difficilis eſt & ambagioſa.

IX. Pæoniæ tùm maris, tùm Fœminæ etiam usqve ad ſuperſtitionem collecta radix in taleolis appenſa, pulverata, decocta, condita, imo ♌ta qvoqve qvantopere expectationem curativè fallat, hinc inde non ſine tædio obſervamus. Fe-

culæ effœtæ ſunt. Aliorum tamen experientias, ſi certiſſimæ dantur, circa hanc radicem, nihilominus magnifacimus. Alce reverâ hic claudicat,& ungula tot penè ſuperſtitioſis circa lectionem litigiis vexata,tandemq; per ſuccedentem debilitationem nuper excuſata, qvantopere idiopathicum, vel aliàs validiorem affectum profligat, qvotidianæ obſervationes, Magnatumqve nil intentatum hîc linqventium,Luctus paſſim teſtantur. Minus in iſto genere præſtat Magiſterium ungulæ alcis, cornuqve ejus, ſeu ſimplex ſeu philoſophicè calcinatum. Cervinorum inſtar potius diaphoretica ſunt. Nec alterius penè conditionis deprehenditur humanum cranium,ſive è reſpondente ſexu, ſive ex ipſis ſuturarum complementis deraſum, varieqvè levigatum fuerit. Commendationes talium maximam partẽ nudis tranſcriptionibus innituntur, æq; ac pleraqvè muliercularum hîc euporiſta. Si unus interdum, ſæpeqve per accidens tantùm inde levatur,multum eſt,& ſtatim id,in eâ morbi cauſarumq; obſcuritate appropriatorũ ſtrui adjecerunt.Siq; propenitiori adhuc accommodatione,vel efficaciâ

Cra-

Crania philoſophicè qvis prius calcinave-
rit, aut uſta vel è ſagarũ rogis petierit, aut in
Magiſteriũ diverſi modè præcipitando, vel
⦶⌢m deſuper abſtrahendo redegerit, aut
♌do ſpiritũ inde & ⊖ volatile gerit, habe-
bit inde qvidem, qvod ſe diaphoreticum,
ſed rariſſimè verè antepilepticum ſiſtat.
Magiſterium Smaragdi, Hyacinthi, Sap-
phiri, alii jampridem elevarunt. Curioſi-
tas hîc regnat non efficacia. Parilis & ma-
jor, præ Magiſteriis, inverſio, præcipitatio,
reſolutio, adſtrictio, & ſi qvis alius eſt in-
ſuper operandi modus è longè parabilio-
ribus præparatis & ſymbolizantibus mi-
neralibus animalibusqve minores inter
expenſas habetur. Unicornu verum
è qvadrupede Eruditis adhuc incertum,
precioſius, ſuſpectum, nihilo tamen valen-
tius cervino Cornu. Os de Corde C. ob ve-
natorias perſvaſiones non opus eſt, ut cor-
rodam⁹. Succini vulgaris ſaltẽ flavi pellu-
cidi ſimplex pulvis Magiſterio præſtantior
eſt, perlarũ virt⁹ in magiſteriis invertitur;
efficacior eſt in matre perlarũ nudè ſaltem
pulveriſata. Coralliorũ ſimplex pulvis per
ſufficientẽ lęvigationẽ vel decapulationẽ,
aut colatorias per linteolũ excuſſiones ſub-

tiliſatus damnata pridem coralliorum Magiſteria ſuperat: In conſenſuali leviorique malo vix qvicqvam ultra cervinum ungulam, aut ultra cervinum C. vel famoſius adhuc cranium, poſt △ ſimpl. divaporationes aliqvot lævigatum, aliaqve invertentia, vel ſexti, ceu vulgo vocant, paris nervos, ubi ubi tandem & qvoqvo modo demulcentia aliterve circa ſtomachum occupata agere viſum eſt. V. Excell. Ludov. pharmac. p. 289. 291. 322. 323. 616. 617. 638. 639. 640. 642. 655. 722. 723. 724. 731. 732. &c.

X. Principium omnis ferè operationis in hoc ſpecifico cephalico dependet à cinnabari, ei præcipitante, invertente, abſorbente, & edulcante reliqvorum pulverum & magiſteriorum.

XI. Pulveres abſorbentes, invertentes, præcipitantes pauci ſufficiunt. Scil. CC. ph. pp. terr. ſig. ſuccinum alb. præparat. &c. Aut unicum ſaltem ſolitarium, euporiſton, invertens, cum cinnabari anodyna miſcendum.

XII. Abuſus hujus ſpecifici ubiqve locorum notabilis eſt. In infantibus epilepticis notavit eundem Excell. D. Ethmülle-

müllerus Diſp. de epilepſiâ Anno 1676. habitâ. Ridendi (monendi) ſunt incauti iſti Practici, qvi ſine ullâ habitâ cauſarum, carcinoma hoc producentium, ratione, omnibus infantulis epilepticis vulgatum illud inſtar Deorum Manûs adoratum ſpecificum cephalicum D. Michaëlis propinare non verentur, qvippe cum nihil hôc in paſſu ſit imprudentius, qvàm anodyna (ſola ſcil. infra enim cum volatilibus miſta probat.) exhibere, qvoniam aut in viſciditate ventriculum tenellorum occupante emoritur ejus virtus, ſepultaqve remanet, aut ſi inanes vomendi conatus obtigerint, ſiſtendo nervoſarum fibrarum motum, æqvè horribile ſuffocationis valent inducere ſymptoma, cautus proinde qvilibet Practicus juvenis eſto, ut infarcientem ventriculi viſciditatem vel prius tollat, vel ſimul cum ſpecificis antepilepticis per incidentia educat; Qvâ in re placent mihi formulæ ex ⊖ibus vol. & præparatis abſorbentibus, cum anodynis præſcriptæ, qvæ ſaburræ iſtius maleficæ gazophylacia evacuant, & inſigni tamẽ praxi ægrum, medicumqve juvamine exhilarant. &c. Huc usqve ille Vir doctus.

 Qvam-

Qvamvis diffiteri neqveam, me ſæpius eximiâ cum naturæ ſedatione in hiſce viſciditatibus tennellorum epilepſiferis inanibusqve vomendi conatibus tùm theriacam adhibuiſſe, tùm ſolam cinnab. cum ocul. ♋. ſolis, interdum cum extr. Opii, aliâ vice cum gialapæ tantillo miſtã. Non raró poſt aliqvot demum dies præmiſſa cinnabarina anodyna & opiata gialapinũ qvoddam ſecutum eſt, nec unqvam obſervavi inde ſuffocationis aliqvot horribile ſymptomata. Qvid qvod cinnabarina lac viſco ſum æqvè fluxum reddere qveant, (ſi non citius:) ac longinqvos humores ſeroſos in coagulum abeuntes reddunt fluxos, attenuant & incidunt. Sed qvis non hîc divinæ concurrentisqve providentiæ primùm prece numen adorat? Genuinum hujus cephalici ſeu potiùs cinnabaris cum variis abſorbentibus miſtæ uſum in epilepſiâ dexterrimè tradit Excell. Ludov. Pharmac. p. 642. 643.

XIII. Qvibuscunqve morbis curandis vel mitigandis cinnabaris nativa vel Antimonialis prodeſt, & ſupra cap. de uſu & fine utriusqve cinnabaris prolixius actum eſt, iisdem & ſpecificum hoc cepha-

phalicum amicabilem præſtat operam.

XIV. Magiſteria plumoſa ſi adduntur cinnabari, tanqvam Baſi, levius qvaſi qvoqve fit & plumoſum ſpecificum, inprimis ſi accedat continua fortè levigatio, cujus ope omnia intimius uniuntur; Hinc nonnulli putant, ſi forte cum ſimpliciter tantùm præparatis, & lævigatis præcipitantibus cinnabaris miſta eſt, ut hinc uſus tempore grana nonnulla fundum cochlearis petant, hoc non eſſe verum ſpecificum, hujus enim eſſentiale qvaſi conſeqvens eſſe ſupernatare, leve & plumoſum eſſe. Sed nil ferè decedit principio operationis in hôc miſto, ſive ſupernatet, ſive mergatur, modo cinnabaris ſelectiſſima miſtum ingrediatur.

# Caput VI.

## De cognatis, qvæ ſymbolicam habent naturam.

INter ea enim & cinnabaris nativa mineralis, ſplendens; Huic enim certo reſpectu, cinnabaris Antimonii æqviparari, differre tamen in qvibusdam qvoqve poteſt. Differentia deſumitur

I. A Cauſâ efficiente, nativam Natura producit, & miſcet partes 🜍reas & ☿riales, eâ menſurâ, & proportione, qvæ ipſi allubet; Cinnabarin ♁ii verò Ars, vel △. chemicus efformat, dum ☿ ♎tus ☿ium currentem, ♁. verò 🜍. ſuum, qvô ligatur ☿., ſuppeditat, ut unum conſtituatur miſtum.

II. A Materiâ ſeu principiis conſtituentibus, qvæ ſunt 🜍. & ☿. vivus. In cinnabari ♁ii 🜍 adeò rutilans, vegetum & copioſum non eſt, qvale & qvantum cinnabaris nativa mineralis, ſelectiſſima, vulgatior enim minus rutilat, licet efficaciâ ſuâ non deſtituatur, faventiâ Naturæ eſt adepta. Hinc qvoqve miſtura hujus nativæ perfectior, & energia vegetior, præ factitiâ ♁li, qvin in 🜍 ipſo aliqva fortè eſt differentia, ut in nativâ arripiatur ſingularius, & ab ♁liſuo modo differens.

III. A Formâ. Jam tetigi differentiam à forma interna & externa. Interna dat operari, qvod efficacius videtur eſſe in nativa, ob pleniorem 🜍. menſuram. Externa eſt color, qvi intenſior eſt, & ſplendidior, qvàm cinnabaris ♁lis vel toties rectificatæ.

IV. A

IV. A Fine. Poſitis ſic principiis hujus compoſiti plenioribus, vel etiam alterutro efficaciori, ſcilicet 🜍re, & compage principiorum magis proportionata, emergit qvoqve ſpes intenſioris energiæ, qva deloqvetur Membrum II. de Cinnabari nativa, capite de fine & uſu.

# Caput VII.

## De oppoſito ſeu contrariis & pugnantibus, i. e. antitheſi.

QVæ *cinnabaris ☿ii vel exiſtentiam ſeu ♎ndi poſſibilitatem, vel eſſentiam ſeu qvidditatem in elementis ſuis & principiis conſtituentibus, vel uſum omni noxa carentem impugnat.*

I. A Nonnullis planè negatur, cinnabarin per vulgatos elaborationis proceſſus elevari. Ex horum numero eſt Billichius, Vir aliàs tùm temporis experientiſſimus, candidiſſimi Angeli Salæ, niſi fallor, Diſcipulus & Gener, L. I. obſerv. & Paradox. chem. c. 14. qvi contra Barthium negat, in ☊tione vulgari in collum ☊ elevari cinnabarin, aut in eô qvod elevatum eſt, eſſe cinnabarin, dum ſcribit: In cornuta

liqvore gummoſo deſtillato cinnabaris à Barthio memorata è ☿ ≏to atqve 🜍 Antimonii conflata factitia, imaginaria, fictitia, figmentum eſt. Ad qvam heterodoxiam ſic reſpondet Rolfincius Chem. p. 364. Incidit in errorem non impetratæ cinnabaris, qvod collum 🝭 metu congelationis, & inde natæ obſtructionis præſciderit, tum omne reſolvitur in butyrum. Idem in Diſſert. chem. 5. de Antimonio c. 17. ita judicat ad paradoxum illud Judicium Billichii: Qvid hoc eſt dicere? Potuitne effugere virum in artis operibus oculatiſſimum, exercitatiſſimum, cinnabaris in 🝭. Collo in conſvetâ 🝭tione? Potuit fugere omninò non ſatis cautum in eo, qvod ne butyrum in collo 🝭 concreſcat, jubeat præſcindere collum; Collo abſciſſo nullus concreſcendi locus, ſed omne deſtillat in excipulum, & tum ſemper plus butyri colligitur. Huc pertinent, qvæ idem habet M. Rolfincius l. c. ſæpius, inqvit, errores committuntur, ut cinnabaris in collo Retortæ non appareat, ſed in fundo deſtillatio cum Antimonio maneat conglobata, rubrâ vel flavâ induta veſte. Et Diſſert. chem. 5. de Antimo-

timo-

timonio c. 17. Qvi, inqvit, remoto recipiente adhibitâ acula igniariâ vel carbone vivo ad collum ♌ obſtructæ, acuto cultro vel ligneo ſtylo concretum butyrum ſurſum pellunt, ut liqveſcat, & in recipientem labatur, impediunt, qvò minus concreſcat cinnabaris, qvin idem ipſum, qvod in collo ♌ concreſcere videtur, & collum obturat, primùm glaciali formâ tandem rubeſcit, & cinnabarina formâ apparet, ipſa eſt cinnabaris. Ideò cavendum ab illâ inani ſolicitudine, ne obturetur retortæ collum aut retorta rumpatur. Nullum obturationis omnimodæ periculum; Semper meatulus apertus aliqvis ſervatur, inde nullum etiam rupturæ periculum.

II. Elementa cinnabaris hôc modo impugnantur, dum nonnulli Principium Antimoniale prorſus negant, alii ♁. & ☿. nullo planè modo coire poſſe ſtatuunt; ordine ſingula perluſtrabimus.

I. Ii, qvi aſſerunt cinnabarin Antimonii parum vel nihil ♁ii participare, hoc nituntur medio termino, qvia in ⊖ à ♌ butyri & cinnabaris ferè tantum Antimonii latet,

qvan-

qvantum fuit receptum, ſtriis ſplendentibus conſpicuum.

Rec. per inſtantiam: Si ♁. cum lixivioſis coqvitur 🜍 copioſè elicitur, nihilominus tantundem ferè ♁ii in eosdem uſus coqvendi ſæpius remanet. Deinde ponderis decedentis momentum compenſatur irrepentibus ☿rialibus gravibus atomis, & miculis, & hinc ſplendens etiam in fundo reſtitat ♁. qvia partes ⊖inæ non potuerunt ♁ ceu menſtruo plenario ſolvere omninò. Et ſicut non inferri poteſt, Pondus ♁ii ferè manet integrum, E. ☿ vitæ, qvi è butyro præcipitatur, non eſt ♁lis proſapiæ; Ita qvoqve neqvit concludi ex eôdem fundamento, cinnabarin eſſe ſolum ☿rialis genii, nec ♁ium participare.

II. SylveſterRattray aditu novo ad occultas Sympathiæ & Antipathiæ cauſas inveniendas, ☿. inqvit, & ♁. ſe mutuò averſantur, ſi itaqve ſe averſantur, qvomodo poteſt cinnabaris hæc è compage 🜍. ♁ii & ⌒ bus ☿rialibus conſtare, aut principium eſſe omnis operationis, qvod tamen vinculum avtopſia monſtrat.

Rec. I. Non omnia vera ſunt, qvæ de viribus rerum naturalium in triplici regno-

gno ſympath. & antipath. ibi traduntur; Multa ibi falſa, & erronea reperias.

II. Non additur, in qvo conſiſtat illa Antipathia. Cum contrarium eluceat in 🜍 ♁ii & ☿ vinculo, qvod tàm firmum eſt, ut nec à calido noſtro nativo, ſaltem totaliter, diſſolvi qveat. Hæc de exiſtentia, & eſſentia ſeu elementis cinnabaris. In oppoſitione, reliqvum eſt, ut videamus.

III. Qvare Uſus cinnabaris internus nonnullis ſit ſuſpectus. Rationes pro ſuſpecto & periculoſo cinnabaris uſu ſunt ſeqventes:

I. Cinnabaris ♁ii in ▽ calente diſſoluta abit in pulverem niveũ, ejusdem generis, cujus eſt ☿rius vitæ; ita ratiocinatur Billichius contra Barth. l. ſupra citato.

II. Cinnabaris Antimonii retinet naturam Mercurii, proinde eadem poteſt excitare ſymptomata, qvæ ☿. ſive crudus, ſive præparatus.

III. ♁ Nulla præparatione emendari poteſt, ut intra corpus citra noxam ſumi poſſit.

Ad I. Cinnabaris Antimonii ritè præparata & in ▽ calent diſſoluta non abit in pulverem niveum ejusdem generis, cujus

jus eſt ☿ vitæ, ſed abit potius in pulverem rubicundum, ex partibus volatilibus Antimonii 🜍reis, & ☿rialibus conſtantem, ſubſidente in fundo qvodam ♁ii regulo, prout ſæpiùs hujus rei factum eſt experimentum. V. Hofm. Meth. med. & clave pharm. p. 292. ubi ſcribit: Mechanica iſta de cinnabaris ♁ii per 🜄 calentem tranſmutatione in ☿ vitæ album falſa eſt, qvod cuivis experiri licet. Qvem hîc regulum vocat Hofmannus, forte fuit ☿ius vitæ cinnabari nondum lotæ circum circa adhærens, qvi etiam ſine dubio decepit Billichium, ut transmutationem putaverit eſſe, qvæ fuit ſeparatio & elutriatio, ſed qvi fieri potuit, ut non ſimul videret cinnabarin?

Ad II. Licet cinnabaris ♁ii in gremio ſuo foveat ☿ium currentem, non tamen eadem poteſt excitare ſymptomata, qvæ ☿. In cinnabari enim ☿. compedibus ☿ii 🜍reis eſt vinctus, atqve ſic non dat turbas iſtas qvas vel liber, vel 🜔ibus corroſivis irretitus ciere poteſt, & ſolet, neq; enim ventriculi digeſtioni paret, qvæ compagem ipſius ſolvere omninò poſſit, neqve in corporis oeconomiã recipitur, qvamvis adſumta hæreat in ſtomacho, Archeum noſtrum

alte-

alteret, variè mireq; afficiat, & illuſtres illas exerat dotes, qvæ cap. de fine & uſu in variis morbis extant. Vide Frider. Hofm. Meth. med. p. 142.

Ad III. Hæc ratio eſt illuſtris Collegii Medicorum Pariſienſiũ, cujus cũ ſuffragio meminit ἄσπονδος olim chemicorũ hoſtis, Hofm. Altorf. Medic. officinal. p. 550. cujꝰ verba digna ſunt, ut huc trahantur, ita autẽ ille l. c. Cum in Galliã appuliſſent hæc officinalia mea, par amicorũ ſelectiſſimũ. D. D. Guido Patinus, Medic. Pariſienſis, & Carol. Sponius, Medicus Lugdunenſis, cenſuere ὁμοθυμαδὸν addendũ hîc eſſe Decretũ Collegii Medici Pariſienſis, qvod ultra centum Viros graviſſimos ſe extendit, contra ſtibij uſum ante annos 80. latum adverſus nonnullos medicaſtros chemicos & empyricos, de iſtius veneni uſu imperitę plebeculæ, ut ſolent, in omnibꝰ mirabilia pollicentes, hoc iſtis verbis eſt tale: Univerſi Collelegii Medicinæ facultatis conventu habito ſuper ſtibij, ſeu Antimonii Judicio, & lege ferenda, ſancitum eſt, omnium, qvi in Medicinâ claruerunt, auctoritate, atqve rationibus, cùm alibi ſæpe, tùm nuper apud Patronum regium deductis,

ipſum

ipſum ſtibium deleterium eſſe, & inter ea ſimplicia, qvæ venenata qvalitate pollent, annumerandum, nec poſſe qvavis præparatione emendari, ut intrò citra moleſtiſſimam noxam poſſit aſſumi. Datum in Scholis medicinæ. 3. Cal. Aug. Anno. 1566. His addit Hofmannus : Qvod qvidem ſapientiſſimum antiqviſſimæ , & omnium celeberrimæ facultatis medicæ decretum utinam noſtris temporibus tàm religiosè obſervatum haberetur , qvàm prudenter fuit inſtitutum. Hæc ille. Hujus ſententiæ qvoqve mentionem facit Rolfinc. Diſſert. chem. 5. de Antimonio cap. 7.

Qvàm verò abludat à veritate horum centum virorum Decretum , Ratio & experientia hodierna, & ſanior chemia bonis lateribus perorant. Conſtat enim inter omnes induſtrios Hermetes , qvàm omni modò innoxium reddatur ♁. per ſufficientem fixationem cum ⦶ , qva in vim planè diaphoreticam vertitur , dum tres atomi ⦶, uni atomo Antimoniali omnem qvalitatem emeticam aliterve noxiam, aut vulgò deleteriam adimunt. Notus qvoqve & ☿ emeticus ♁lis ritè præparatus , & ge-

nuina

nuinâ doſi ac legitimo morbi tempore datus, qvod rarò moleſtam poſt ſe noxam relinqvat. Ut taceam clyſſum ♁ii, ♁ii Tincturam adeò decantatam, & viribus ſatis benignis pollentem, nec non Bezoardica mineralia & reliqva ex Marte &c. qvæ ♁, ejusve regulo carere non poſſunt. Ipſa cinnabaris, qvæ 🜍 ♁ii gaudet, in ſuâ compage nunqvam vel moleſtiam, vel mortem, qvin potiùs præſentiſſimum emolumentum attulit, & magna pericula in morbis malignis & aliis propulſavit, qvod fieri non potuiſſet, *ſi ♁. nullâ præparatione emendari poſſet, ut intrò citra moleſtiſſimam noxam adſumatur;* Et ſanè mirandum eſt, ♁ii 🜍 ſolâ adhæſione ☿ii vivi tàm benignum reddi, ut & anodyni & ſedativi nomine veniat. Hinc etiam Rolfincius l. c. pro epicriſi addit p. 7. Qvod hæ invectivæ, qvales & alias adducit, partim ſiniſtrum & intempeſtivum ejus uſum ſolùm tangant, qvô graviſſimè poteſt peccari, non verò legitimè præparatum: Partim verò proficiſcantur ab iis, qvi nihil non reprehendere ſolent, qvod ipſi non intelligunt, nec ſatis aſſeqvuntur. Accedit, qvod ♁. eô tempore relegatum, à melius informa-

 tis

tis effectumqve videntibus jam Anno 1637. receptum & in purgantium numero collocatum ſit; Cumqve multi contradicerent, tandem 1666, ſuffragantibus è 102. convocatis Medicis 92. repugnantibus tantum 10. ſupremo curiæ decreto publicè conceſſum eſt, ut Antimoniô uterentur, de eô diſputarent, & ſcriberent. V. le Journal ſ. Anno 1666. Optimum ſic Antimonium in civitatem medicam receperunt Viri illuſtres poſt integros centenos annos, qvod eſt *unum notabile*.

# MEMBRUM. II.

## DE CINNABARI NATIVA.

### CAPUT I.

### De Nomine.

Cinnabaris nativa eſt Terra mineralis lapideſcens rubricunda, non qvod ſit vera Terra, ſed propter analogiam. Hofm. clav. p. 291.

Seu: Eſt Gleba purpuraſcens Hydrargyro multo referta, ex qvâ ſæpe ſpontè proſilit. Renod. de Mat. med. p. 293.

Seu

Seu eſt minerale lapidiforme, rubicundum, ponderoſum, 🜍re peculiari & ☿rio vivo abundans.

Hinc mirari ſubit, cur Renodæus cinnabarin factitiam ponderoſam vocet, mineralem verò non multùm ponderoſam, & tamen hydrargyro multo refertam; de Mat. med. cap. 14. de minio p. 293.

Nativa dicitur ad differentiam Factitiæ, qvæ vel fit ex 🜍 vulgari & ☿io vivo, vel ex ♁ cum ☿. ≏to.

Scribitur ab Hofmanno cinnabari Med. officin. p. 535. Cinnabrium p. 551. & in crollio in genere maſcul. uſurpatur Baſil. p. 40. ut & à Velſchio Mictomim. p. 10.

Dicitur etiam Lapis mineræ argenti vivi. Germ. Zinober.

Anthrax foſſoribus, & Vitruvio. Milton Plinio c. 7. L. 33. qvæ vox polyſima tamen etiam rubricam, aliaqve rubificantia ſignificat, annot. ſcapul. recentiſſ. Edit.

# Caput II.

## De Materia ex qvâ ſeu principiis eſſendi propioribus.

PRincipia eſſendi, ſeu Elementa cinnabaris nativa cum ♁li communia habet, qvæ ſunt & dicuntur 🜍 & ☿. Hinc

Hartm. in croll. p. 414. Cinnabaris nativa minera eſt ☿ii.

Senn. Pract. L. VI. p. m. 283. Cinnabaris nativa eſt Lapis mineræ argenti vivi, atqve inde cinnabaris nativa ac mineralis appellatur.

Schröd. p. 419. Cinnabaris ex 🜍 & ♁ vivo cū Materia terreſtri inſtar lapidis compactis conſtat. Et p. 397. c. 15. de ☿io: Nativus ☿rius, etſi nonnunqvam per ſe ipsâ Naturâ operatrice ſeparatus inveniatur, plerunqve tamen è Terrâ minerali, qvam cinnabarin vocant, evocatur.

Hofm. Meth. med. p. 141. Cinnabaris nativa eſt minera ☿ii, multum de 🜍re ♁ii ☉ri participans.

Idem in clave p. 291.

In hâc ☿. vivus & 🜍 exqviſitè invicem mixta, & ambo cum illâ rudi Materiâ minerali, in qvâ ea hoſpitantur, hoc rubrum cor-

corpus, ſatis ab utroqve diſcrepans, conſtituunt.

D. Wedel. Pharmac. p. 139. Cinnabaris nativa eſt minera ☿ii & 🝫tione per deſcenſum ☿. inde elicitur, & 🜍. qvoqve ejusdem ſeorſim impetrari poteſt.

# Caput III.

## De Proceſſibus, qvi eliciunt Mercurium currentem è cinnabari nativâ, ſeu de reſolutione cinnabaris in ſua Elementa.

### I.

Schröderus ruſticanam producit Encheireſin p. 419. modus, inqvit, ☿ium inde eliciendi, vel Ruſticis non ignotus eſt: Ollam cinnabari implent, eamqve ollæ alteri interpoſitâ laminâ ferreâ ore converſo imponunt, lutoqve circumlito vi 🜂 circularis, qvi fit 🜂 carbonum vas lambentium, ☿ium vivum ex ollâ ſuperiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum, qvô 🝫tio per deſcenſum dicta perficitur.

II. Zvvelferus Mantiſſ. ſpagyr. p. 359. poſt Pharmac. reg.

Ex cinnabari nat. vel etiam Antimonii

Mercurius currens vivus, ſincerus & purus, ad ulteriores labores vulgari præſtantior modo ſeq. confici poteſt.

Rec. Cinnab. nat. rubricundiſſ. Hungar. aut etiam Carinth. ℔j.

Cui in pulverem ſubtilem tritæ adde limaturæ ferri, ſeu chalybis ℥viij vel. x.

Calcis vivæ ℥vj. mixta humectentur nonnihil pauculo + ♌to, immitanturqve retortæ vitreæ, ac △ aperto per gradus aucto expellatur Mercurius in vas recipiens præpoſitum, ▽ frigidâ ſemiplenum. Mercurius prolectus ſeparatus ab ▽; per corium ſemel atqve iterum cogatur, qvi vulgari præſtantior erit, præſertim ſi repetitis ♎tionibus purior reddatur; tum etiam additione mineralium qvorundam animetur, modo ſeq. ſcil.

Rec. ☿ puri ſtudioſè è Cinnab. extracti Reguli ♄ ♂tialis ſtellati ã ℔j argenti lim. ℔ij.

Qvibus probè mixtis, & amalgamatis ♎tur ☿ius △ aperto, per ♌ & pellatur in vas recipiens præpoſitum ▽ ad mediam partem repletum; Et hæc ipſa Mercurii ♎tio ſeu ♌tio à ſpeciebus prædictis octies vel decies repetatur, ſingulis vicibus

Mer-

Mercurium ſiccando, & ☿ trajiciendo; ſic ☿. ut aqvila liberè volabit, à metallis & mineralibus animatqve ♎uoſus, nec non purus ac limpidus factus, æthereoqve colore fulgidus apparebit. Hinc Mercurius non immeritò philoſophicum dixeris, qvi ſolem & lunam in primam ſui materiam revocare, & ♎ualia rurſus efficere poteſt, ſervatâ ſeminali virtute, ac radicali humiditate.

D. D. Wedel. Ann. III. Ephem. curioſ. p. 173. 🜍. ex cinnabari nativâ ſeparari poteſt, ſi illa cum ⊖. ♀ anaticâ proportione miſceatur; indatur ♌ terreæ firmæ & △ l. a. propellatur Mercurius in Recipiens vas, cui ▽ frigida infuſa ſit. Hinc ☉, qvod in ♌ remanſit, coqvitur cum ▽. ſ. q. filtratur & inſtillato Aceto deſtillato præcipitatur 🜍 ſubtile, qvod debet edulcorari, exiccari & pro uſu ſervari.

Nota 1. Hæ Reſolutiones non alium ob finem inſtituendæ, qvàm ut Mercurius purior eliciatur, ad uſus medicos aptior. 2. ut videamus Elementa, cum in qvæ qvid reſolvatur, ex iis etiam conſtituatur. 3. ut pateat, qvantillum ſit ſulphuris

in cinnabari, ſi ☿ii portionem contra æſtimes. Cæterùm cinnabaris integra ſervanda eſt, nec divellenda per has & alias enchireſes, qvando vires ſuas impertire naturæ decumbenti debet. V. cap. IX. de oppoſito.

## Caput IV.

### De Principio & modo, qvô Cinnabaris ſuam abſolvit operationem.

DE utroqve notanda ſunt ſeqventia doctorum Æſculapiorum animi ſenſa, absqve prolixiori prafamine.

Hofm. Meth. med. p. 142. & clave pharm. p. 292.

Ventriculi Digeſtioni minimè paret, neqve in corporis noſtri oeconomiam recipi poteſt, adſumta tamen, qvamdiu hæret in ſtomacho, Archeum noſtrum alterando variè mirèqve afficit. Idem p. 294. Cinnabaris omnem digeſtionem Ventriculi ac inteſtinorum actionem ſubterfugit, ut in corporis noſtri oeconomiam diſtribui neqveat, ſed vel odoretenus, aut nudo ſaltem adſpectu varieqve mireqve Archeum noſtrum alterat. Et qvæ de ☿. dia-

diaphoretico, ejusqve modo agendi habet Hofm. Meth med. p. 143. meritò ad hanc cinnabarin ſecundum τρόπον ἐνεργείας applicari qveunt : Ita autem de illo ille ex Helmontio ſuo, qvem deperibat perpetuo amore: Mercurius diaphoreticus, qvi nil aliud eſt, qvàm cinnabaris qvædam, cui 🜍 internum ⊕li. ♀ fuit affuſum, & fixatum, aſpernatur omnem digeſtionum laborem : In ſuperficie ludit dulcedo ejus 🜍. Pars autem ☿. per 🜍 obtecta externum latet, nec operatur, niſi per ſpeculum lucens trans 🜍., & ſic Archeum non ſolùm ad lubitum affectat, ſed & inſenſibiliter fermentorum peregrinorum immutatione, abſterſione, & ablatione, ſpirituumqve ſeu virium reſtauratione potens eſt.

Excell. D. Ludov. Pharm. p. 340.

Cinnabaris Mercurii potiſſimùm ligaturâ & diſpoſitione agere videtur. p. 352. Vix in ſtomacho vel puſionum obſervatione reſolvitur, ſed incomprehenſibili ferè, nec tum determinato contactu deſubitò ſæpe, cum conſimilibus aliis, qvod ſuum eſt, agit.

D. D. Wedel. Pharmac. 204. 🜍ri puro Principium multæ energiæ adſcribere videtur:

 detur:

detur: ♁ra pura, inqvit, abſorbent, diaphoretica, nervina, & anodyna ſunt, Naturæ hæc noſtræ ſunt amica, & Humoribus acidis, atqve acribus inſigniter dicata, abſorbent igitur hos, ſi qvæ alia, edulcant, ſaturant, figunt, unde qvies optata laſſatis ♌bus & membris exoritur. Dolores omnes conticeſcunt, & acrimonia irritans nervoſum genus & membranoſum ſopitur, ac annihilatur. Exemplo ſit vel unica cinnabaris nativa, & ♄ta.

Idem ibid. p. 240. ligaturæ ♁ & Mercurios adſcribit omne Principium operationis. Cinnabaris, inqvit, nativa, ſi arenoſa & ſaxea abſit, & ſecludatur, ubi opus, ſubſtantia, non eget Menſtruo, ut extrahantur, vel ſolvantur partes, ſed qvi vires, qvas posſidet, utiliter impendere geſtit, eô modô, qvô Natura illam miſcuit, uti eâdem opus habet, cum nec in ♁ ſolo, nec admixtis partibus ☉ribus vel aliis ſolis eædem reperiantur, ſed ex utriusqve mixtione reſultent.

Egregiè illuſtrant modũ operandi cinnabarinũ, qvæ habet Ang. ſala de ☉, de ☉ potabili

tabili, de Lunâ, horumqve modo operandi, qvem vide ſeptem Plan. Terr. recenſ. & chryſolog. p. 185. 186. 197. 198. 233. 234. 237.

# Caput VI.

## DE QVALITATIBUS, FINE ET USU CINNABARIS NATIVÆ in Morbis variis; Ejusqve Mistione cum Aliis miſcibilibus.

### Punctum I.

### DE USU INTERNO, qvatenus à miſtione abſtrahit.

IN qvibuscunqve morbis ſupra tactis cinnabaris ♁lis valet, cum illis etiam Nativa, non tanqvam cum Eraſinade, militat, qvin plerorumqve elegantiorum Medicorum conſenſu hæc eam ſuperat. Proinde operæ precium eſt, ut de qvalitatibus & uſu ejus è curis doctiorum & probatiorum Medicorum, paſſim ſparſa teſtimonia colligamus, & in unum obtutum lege methodi noſtræ cogamus.

Renod. de Mat. med. p. 293.

Cin-

Cinnabaris, inqvit, multô qvod ſit referta ☿. vires ejus habet. Qvod cum ſit etiam lippis & tonſoribus notum, â multis circulatoribus ad luis Indicæ curationem ſæpe uſurpatur, qvi ex illâ tàm imprudenter ſuffitus parant, ut multus ſtatim in tremorem, & paralyſin incidiſſe, alios interiiſſe viderim.

Ad qvæ verba notandum 1. Falſum eſſe, cinnabarin qvamcunqve cum ☿io vivo 🜍re non ligato easdem obtinere vires 2. Non probandi ſunt ſuffitus è cinnabari, utpote qvi Mercurius vivum à vinculo 🜍reo liberant, ſub fumi formâ nervis impingunt, ut poſtmodum tremorem, paralyſin & mortem inducere poſſit. Compages hæc non eſt diſſolvenda, ſi velis vires tantopere decantatas ſine noxá in corpore νοσερῷ experiri.

Hofm. Meth. med. p. 284.

Cinnabrium nativum Mercurii radix, & minera magnarum eſt virium *in epilepſia.*

Idem clav. pharm. p. 291.

Cinnabaris nativa depurata maximi æſtimanda eſt ob notabilem ejus effectum in de-

*in deſperatisſimis etiam morbis , multorum ſymtomatum congerie* ſtipatis.

Ibid. p. 293. Cinnabaris nativa, ut etiam Antimonii obſtupendam earum efficaciam *in finitis affectibus demulcendis* ſummo in æſtimio habetur ,i tem. In cinnabari latent egregia Arcana contra *infinitos affectus* internè adhibenda.

Incomparabilis chemiater D. D. Ludov. Pharm. p. 345. 346.

Cinnabaris nativa ſelectior ☿riale qvidpiam tutum, efficax & parabile eſt. Non qvidem directè & per ſe diaphoreticum, ſed bonum ſaltem ac polychreſtum exaltatorium, multorumqve concurrentium ſymptomatum præſens eſt deleterium, ut æqvè feliciùs imò ſecurius revera curabilia inter competentium acceſſum percurari tantiſper qveant citra vulgatiorum ☿rialium plerunq; ſaltem tranſcriptorum, remiſſas, aut infidas experimentationes vel ſecretiorum operoſiores perqviſitiones.

Idem ibid. Cinnabaris nativa ſelectior aut à ſaxo adhærente per trituram aut elutriationem ſeparato, citra aliud artificium, qvam diuturno, donec paucis ab hinc annis

nis magis nunc increbeſceret,uſu pręſtantiſſimum ac ſecuriſſimũ ☿riale,paulò ante laudavim⁹,non ſolùmDiaphoretica modò dicta notabiliter exaltat,ut v.g. ſimplexBezoardicum minerale,debitâ hujus proportione tinctum, ſæpe pro ☉ri æſtimatum fuerit. Nec epilepticis tantùm etiam recens natis, ſi unqvam qvidqvam inter ejuscemodi ſpecifica, in ſufficienti tamen ubiqve doſi benefacit; Verum etiam hyſtericarum, ne opiatis qvidem placandarum, colicorumqve tormina, vertigines, vagas Arthritides, Dentium aliarumqve nervoſarum Partium dolores, cutaneosqve Affectus complures, ſolitaria vel præcipitantibus, aliisqve ſpecificis ſociata evidenter lenit, atqve tollit. In Phantaſiæ inſuper vitiis, morbillis,Petechiis,plurimùm confert.

D. D. Wedel.de Epilepſ.hyſter. Diſput. Cinnabaris ob abſorbendi, & Humorum acrimoniam mitigandi virtutem, medicamentum ſine pari in Epilepſiâ hyſtericâ.

Idem Pharmac. p. 139.

Vice-

Vi cephalicâ, nervinâ, abſorbente Humores acidos, acres, auſteros & in coagulum abeuntes, liqvante & fundente excellentiſſimâ prædita. Et p. 204. Beneficio cinnabaris fluxiles redduntur humores in coagulum abeuntes, tenues nimis & acres corriguntur, ut inde qvod ultra cinnabarin & opium acrimoniam & dolores æqvè tollat, vix aliud ſub ſole reperiatur.

Merentur his annecti freqventiſſimæ, veriſſimæqve laudes, qvibus illuſtrat cinnabarin ☿lem & nativam idem Excell. Wedelius, fidelis utriusqve Hyperaſpiſtes, de Facult. Medicam. p. 11. 46. 70. 80. 82. 87. 86. 99. 105. 114. 118. 119. 123. 152. 180. 193. 203. Ut hujus ſolius experientiſſimi Viri latum ſuffragium clarè ediſſerat, qvàm *egregium cephalicum*, *antepilepticum*, *antapoplecticum*, anticlinicum, pectorale; ſtamachico-hepaticum, nephriticum, antifebrile anthelminticum, uterinum, antiſcorbuticum, & anodynum, ſit Medicamentum cinnabaris, prodeant itaqve in ſcenam hanc chartaceam verba ipſius invicenos numeros coacta & practicorum conſenſu ac veneratione digniſſima.

1. ♀rea

1. ♀rea temperata demulcent, acrimoniam mitigant, acorem abſorbent, dolores figunt, capitis doloribus, nervorum irritationi, doloribus qvibuscunqve ſubveniunt, ut CINNABARINA.

2. *In affectibus capitis vertiginoſis, epilepticis, apoplecticis, paralyticis*, ubi peccat acidum, auſterum, acerbum, ponticum, proſunt aperientia & abſorbentia cephalica, *cinnabarina* inprimis, qvæ ſangvinem reddunt fluxilem, & obhanc ipſam vim latiſſimè patent, & in *affectibus articulorum, doloribus qvibusvis, calculi articulorum, iſchij, uteri*, conveniunt.

3. ♀ra balſamica, balſamum ♀. *in pectoris affectibus, cinnabaris nativa*, ♀ ♄ii fixum, balſamum ♀ii in iisdem affectibus eximiè proſunt.

4. Cinnabarina eatenus *in epilepſiâ, doloribus capitis*, qvin & *articulorum, pleuriticis*, adeoqve *omnibus totius corporis conveniunt*, qvatenus invertunt, & acrimoniam abſorbent, qvæ membranas & nervos irritant, tendunt, vellicant; adeoqve cinnabaris non tantum *cephalicum eſt, & capitis membranas ac nervos reſpicit, ſed & reliqvarum partium corporis.*

5. Cin-

5. Cinnabaris abſorbet humores acres, qvi irritant Membranas, Poris, qvatenus acorem abſorbet, libertatem conciliat.

6. Si ad aures κριτικῶς qvaſi protruſi fuerint humores, ibidemqve reſtagnent, & auditum lædant, qvod tùm aliàs, tùm in declinatione febrium malignarnm freqventer accidere ſolet, & optimum ſemper præbet ſignum, tunc præcipitantia proſunt, inprimis cinnabarina, qvibus ſolis ejusmodi δυσηκοΐας feliciſſimè abegi, licet ut plurimùm per ſe qvoqve deſinant.

7. Cinnabarina maximè reſolvunt ſangvinem, ſeu ſangvinis compagem laxam nimis reddunt, ut qvaſi diſpereant, & diffluant ⌒us.

8. Obſervavimus ſæpius pulveres pręcipitantes vel ex ſolis præparatis conchis cum cinnabari nativâ excitaſſe appetitum inſigni & notabili cumjuvamine. Præcipitantia enim talia per accidens reſtringendo qvaſi & in ordinem redigendo præcipuè acidum excedentem in Ventriculo humorem, qvandoqve poſſunt appetitum ciere & reducere; neqve enim Fermentũ Ventriculi legitimè habet, ſi exceſſivè ſit acidum.

9. Cinnabarina in affectibus hepaticis comperimus proficua, & dolorem Hypochondrii dextri contumacem cum lichenibus toto corpore ſe exerentibus hiſce potiſſimùm ſolis feliciter curavimus.

10. Cinnabarina, qvatenus ſunt optima nervina, *in Calculo* proſunt.

11. Cinnabarina tanqvam *uterinum* confortans Fœtus exitum accelerat.

12. Cinnabaris nativa Hungarica, uti certum eſt Experientiâ practica, maximè ſolatur *affectus hyſtericos*, & *motus uteri convulſivos*; hinc poteſt dici optimum uterinum, qvatenus ſcilicet reſpicit nervoſum genus, & ipſam uteri ſubſtantiam membranoſam, & nervis maximè irrigatam, qvos irritatos placat. &c.

13. Cinnabarina roborant naturam & nervos, hinc etiam *in calculo* proſunt. vid. no. 10.

14. Cinnabarina ſunt egregia antarthritica, qvatenus 1. reſpiciunt ſerum ipſumqve reſolvunt, ſeu fluxilitatem ipſi fœnerantur: Cinnabarina enim coagulationem minimè prohibent, & tùm aliàs, tum præcipuè hôc caſu fluxile reddunt ſerum. 2. qvatenus nervos, membranas & fibras

reſpi-

reſpiciunt , hæc enim partium nervoſarum dolores omnes unicè ſolantur, & inprimis qvoqve articulorum cruciatqve, præcipuè ſi maritentur cum opiatis, gaudent enim cinnabarina ♀re fixo & naturæ amico, ſymptomata autem à ⊖inis ſpiculis, acribus, ſalſis, acidis, exurgentia in ♀reâ viſcoſitate, demulcendiqve amicâ naturæ vi ſolatium inveniunt. 3. Dolorem ipſum urgentem à tenſione & vellicatione membranarum oriundum reſpiciunt, qvem ſedant præſertim, ſi fonti ipſi, nempe viſceribus depuratoriis & ſeri acrimoniæ aliis fuerit proſpectum.

15. Cinnabaris nativa per aliqvot continuos dies ſalivationem excitare qvoqve ſolet.

16. Qvandoqve etiam purgat. Dabam eandem aliqvando Anui â ℈ß. pro doſi, qvæ laborabat ſuſurris aurium, cum dolore capitis, & vertigine, inde verò fortiter purgata referebat qvaſi de purgante aſſumto, qvàm benè id operatum fuerit, & morbum omnem ſuſtulerit. Eſt enim & in hâc ⊖ ☿riale ♀reum, qvod, ut alia taceamus, ex eo qvoqve patet, ſi nempe cinnabaris nativa pulveriſata elutriatur ▽ ſim-

plici, ſchlemmen vocant, illa ipſa v. licet ſtet diutius ſuper cinnabarin, non facilè corrumpitur, qvin per aliqvot menſium ſpatium aſſervatum vidimus incorruptam.

17. In febribus malignis, ubicunqve ſerum qvaſi coagulatum & incoctum eſt, & ſudor hinc nullus obtineri poteſt, ſed omnia qvaſi uruntur, cinnabarina aliis prudenter maritata Bezoardicis ejus fluxilitatem maximè promovent, aſt ſi ad reſolutionem & Ichoreſcentiam inclinet ſangvis, omninò devitanda ſunt, neqve in ipſis tunc ſubſeqventibus motibus convulſivis omninò tuta ſunt vel fida, ex qvo ipſo etiam eximia horum agendi virtutis emergit differentia.

18. Cinnabarina necant vermes, licet non expellant ſemper, unde licet minùs concinnè nonnulli eò progrediantur, ut cinnabarin ℥ii, ſi qva virtus epileptica in eâ ſit, non niſi in ſympathicâ epilepſiâ à vermibus oriundâ prodeſſe affirment.

19. Cinnabarina fœtum pellunt, eò qvidem reſpectu, qvatenus mitigant, & nervoſum genus ſolantur, cujus irritatio dolorifica ſæpe difficiliorem partum reddit. Unde huc eximiè ſpectant cinnaba-

rina,

rina, & notabilis de ſpecifico cephalico extat Hiſtoria apud B. Lang. Miſc. Tit. 32. p. 97.

20. Cinnabaris nativa anodynum eſt, non æqvè narcoticum, acrimoniam humorum qvidem mitigat, & conſeqventer dolores aufert, per accidens qvoqve interdum ſopores ciet, attamen ſomnum intentione primariâ non efficit. In cinnabari nativâ latet ♀ anodynum eximium de qvâ effectus vidi aliqvot notabiles, conqvieviſſe inde dolores dentium, capitis, nervoſarum partium aliarum, unde in omnibus doloribus gravioribus conveniunt cinnabarina, qvæ tenſionem & vellicationem membranoſi generis tollunt, acorem & acrimoniam, ſi qvâ adeſt, abſorbent, & præcipitant, adeoqve his ipſis ſunt convenientiſſima, v. g. Arthritide, pleuritide, calculo.

## PUNCTUM II.

## DE MISTIONE CINNABARIS

cum variis miſcibilibus, ut emergant purgantia, diaphoretica, antifebrilia, antepileptica, antipleuritica, nephritica & panaceæ.

I.

CInnabaris Purgantibus pulveribus gialapinis aliisve miſceri poteſt debitâ proportione v. g. gran. V. VI. pro I. doſi, ut unà fluxiles reddat humores evacuandos, flatusqve & tormina à purgante excitata pharmaco paulùm cohibeat. Hinc in omnibus illis affectibus, ubi per ſe commendatur, & purgatione ſimul opus eſt interdum, purgantibus miſceatur, ut in arthritide vagâ ſcorbuticâ, in colicis, epilepticis, hyſtericis affectibus, in ſcabie &c. vel in formâ pulveris, vel pilulari:

*Rec. pulv. gial.* ℈j.
*Crem.* ♀ *gr. XII.*
*cinnab. nat. pp. gr. vj.*
°°° *cinnam. g. j. M.*

*Rec. Aloës depur. gr.* IV.
*cinnab. nat. gr. iij.*
*Crem.* ♀ *gr.* V.

Cum Eſſ. abſinth. F. l. a. pilul. minutiſſimæ, etiam infantibus in lacte materno exhiberi poſſunt.

II. Pulvis Diaphoreticus polychreſtus fit è CC. ph. præparat. Terr. ſig. ſelect. Unic f.ã p. æ. ſimpliciſſimè miſtis. Qvi Pulvis ſingulis doſibus neceſſitatis tempore

ʒlibus

♄libus, ♃libus, 🜍reis, cinnabarinis, colubrinis, opiatis proportionaliter exaltatur. In mediocribus affectibus ad expulſiones, reſolutiones, inverſiones admodum ſufficit. In intenſiori verò malignitate volatilioribus, vegetioribusqve præmiſſis conſultius poſtmodum ſuccenturiabitur. Hic pulvis omnes pulveres alexipharmacos, peſtilentiales, pulverem Cæſareum rubrum, ac griſeum, ſpecies de hyacintho, liberantis, confectionis cordialis, contra peſtem, pulverem pannonicum rubrum, conſimilesve camphoratos, inauratos, aliave ratione precioſiores, ſi non ſuperat, ſaltem æqvat. V. Excell. D. Ludov. Pharm. p. 281. Pulvis hic recens natis ad gr. j. vel ij, provectioribus uſqve dum anniculi fiant, ad 3. 4ve grana datus, ſiqve opus, anodynorum vel cinnabarinorum portiuncula exaltatus in caloribus vagis, æqvè ac permanentibus, in exanthematibus, variolis, morbillisqve non adeò malignis, in convulſionibus, terroribus, torminibus, ac clamoſis inqvietudinibus revera ſe toto die ſufficientem præſtat. Id.

III. In Tertiana plerumqve poſt catharticum, præſertim emeticum ſimpliciſſi-

ciſſimus concharum pulvis ſolitarius, aut cum nativâ Cinnabari velpulvere anodyno ſatisfacit. D. D. Ludov. Pharm. p. 286.

Exemplum, talis medicationis vide Colleg. curioſ. Anno III. p. 457.

Velſchius Mictomimem. p. 10. Chriſtophorus, ſcribit, Heupergerus, Medicus Auguſtanus TERTIANAS in plurimis perſanavit cinnabari nativo. Qvibus addit Velſchius, id non tàm propter diaphoreſin eligebatur, qvàm illam ob cauſam, qvam ediximus notis in H. Reuſn. Obſerv. 118.

Nota; Nulla hîc extat Ratio.

IV. ⊖ rubrum antifebrile, cujus laudes deprædicat Hofmannus Meth. med. Præfat. hanc qvoqve noſtram cinnabarin recipit, qvod αὐτόπτης teſtor. De eô autem ⊖e ille ſic l. c. ⊖ antifebrile album & rubrum nulli cedit in Paroxyſmo febrili abigendo, dum fermentum febrile primô qvaſi flore extingvit, figendo ac præcipitando, & poſtmodũ per ſudorẽ & Urina everrendo, hora 1. vel circiter paroxyſmum exhibitum, pro ratione ætatis & ſubjecti à gr. IV. ad ℈ß. In liqvore convenienti: Raró bis, vel ter ſumitur. Et Meth. med. p. 11. In Febribus, qvalescunqve fuerint rectè ab initio

⊖ia

⊖ia antifebrilia, bezoardica ♃le &c. exhiberi poſſunt.

Nota: ⊖ia hæc antifebrilia nil aliud ſunt, qvàm ⊕ ⊕tum, ſeu ⊕. poſt perfectam Fixationem ♁ii diaphoretici relictum, cum ⊕lo ♂. eliqvatum, filtratum, & ad ⊖is conſiſtentiam evaporatum, deinde cinnabari nativâ ſufficienter tinctum. Poteſt etiam ⊕. ♁tum cum ♂lo ♂tis ſine coctione miſceri & tingi.

V. Nunc à purgantibus, diaphoreticis & antifebrilibus ad mixturas antepilepticas & cephalicas progrediamur.

Senn. L. 1. de Epil. c. 31.

Cinnabaris nativa à Cratone commendata ac magnes epilepſiæ appellata fuit. Hunc pulverem ad epilepſiam & vertiginem ab eo uſurpatum fuiſſe referunt.

*Rec. Cinnab. nat. ℥ß.*
*corall. r. pp.*
*Margar. pp. ā ℈ij.*
*Croci. ℈j.*
*Fol. ☉ 12. M. F. Pulvis, cujus gr. xii. vel xvi. dentur cum ▽ conv.*

D. Deckerus in notis ad Prax. Barbett. p. 10. de Epilepſ.

Specificè hoc in affectu prodeſt cinnaba-

ris nativa & ♁ii. Prior à Cratone vocatur magnes epilepſiæ, atqve ex eâ talem parat pulverem.

*Rec. Cinnab. nat. pellucid. limatæ in tenuiſſimum pulverem tritæ ℥ß.*
*corall. r. pp.*
*marg. pp. ā ℈ij.*
*croci or. ℈j.*
*Fol. ☉ no. xv.*

Terantur omnia ſubtiliſſimè ſuper lapidem, doſ. à gr. vj. ad. ℈j. In vehiculo convenienti. Præſtat tamen cinnabaris ♁ii. Hæc ille. In eo tamen fallere & falli videtur qvod cinnabarin ♁ii præferat nativæ Vid. caput penult. de Cognatis Memb. 1. & 2. Qvid verò per cinnabarin pellucidam & limatam intelligat Excell. Vir, modeſto vate opus eſt, Theophraſtus Ereſius jam ſuo tempore ſcribit, qvàm civiliter tractaverint cinnabarin, nec adhuc ſentiunt limam Minii iſtius præparationes, licet vel ex argento rudi rubro fuerint, ſed!

Species Diacinnabaris, qvarum meminit honorificentiſſimè D. Angelus Medic. Spag. p. 101. baſin agnoſcunt cinnabarin nativam. De illis hæc verba extant l. c. Miram vim & efficaciam habent in epilepſiâ & omni-

& omnibus aliis morborum capitis periculoſorum generibus, ſuntqve tàm certiſſimum, qvàm ſecretiſſimum experimentum, Doſis in cur. ad ℈j ʒſ. ℈ij. plus minuſve pro ætatis & virium patientis diſcrimine. In vehiculis appropriatis, & ſpecificis, omniqve mane reiteratis, usqve dum integra ſubſeqvatur ſanitas. Vid. Mynſicht. Armament. p. 110. 111. Cujus hæ ſunt ſpecies ab Angelo commendatæ:

*Rec. Cinnab. nat. pp.* ℥ſ.
*Lapid. ſtell. pp.*
*C. Alc. ſpagyr. calc. ã.* ʒiij.
*Raſ. cran. part. anter.*
*viſc. qverc. ã* ʒij.
*rad. & ſem. pæon. ã* ʒiß.
*Spec. diam. dulc.*
*diambr. ã* ʒj.
*Mag. perl. orient.*
*corall. r. ã* ʒß.
*croci or.*
*ſuccin alb. ã.* ℈j.
*Fol.* ☉ *no* XIII. *M. F. pulvis*,

qvô Mynſichtus non paucos ad 9. 10. 12. imò 18. pluresqve annos abominabili Epilepſiæ affectu laborantes, fruſtra adhibitis omnis

bu-

bus aliis Medicamentis priſtinæ ſanitati perfectæ feliciterqve reſtituit.

Ejusdem pulvis epilepticus mirabilis talis eſt Armam. p. 102.

*Rec. Cran. hom. ſtrangul. & ſine △ calc. ℥j.*
*Viſc. qverc.*
*Cinnab. factit.*
*Ungul. alc. ā ℥ß.*

M. F. Pulvis, cujus ℈ß. pueris ſtatim poſt paroxyſmum datus, adultis verò ℈j. iteretur, certiſſime liberat. NB. Cinnabari factitiæ (ſi vulgaris officin. intelligatur) præferenda eſt ♁lis vel nativa.

Excell. D. Ludovici pulvis antepilepticus Pharm. p. 642. 643. deſcriptus taliseſt:

*Rec. Bezoard. albi (è CC. ph. Terr. ſig. & ʒvj. Unic. f.)*
*Succin. alb. pp. ʒiij.*
*Cinnab. natio. ℈iv.*
*Laud. op. ℈j.*

Exactè miſcendus. Trimeſtri ad gr. j. exhibitus, vel aliis alterantibus, præcipitantibusqve aſſociatus, lactentibus non ſolùm hic, verum etiam in reliqvis inqvietudinibus, torminibus, vomitibus, Diarrhœis admodum confert. Vide plura l. c. & huc refer.

Qver-

Qverceтan. Pharmac. dogm. reſtit. p. 765. eundem pulverem, qvem ſupra deſcripſit Senert. & Deck. curandæ epilepſiæ utilem, vocat pulverem advertiginem expertum CRATONIS, è cinnabari non factitiâ ſed minerali verâ ut ipſius verba habent, conſtantem; additus pulvis hic ad gr. X. XII. XVI. propinatus cum ▽ lil. convall. provocat ſudores, excellens eſt & multo uſu comprobatum remedium contra vertiginem. Hæc de vi antepileptico-anticlinico-cephalicâ, á ſupremo nũc ad medium & infimum ventrem deſcendamus.

VI. Cinnabaris cum pectoralibus miſta, dat pulverem pectoralem

*Rec. Pulv. rad. Aron. pp.*
*ireos Flor.*
*♀ crudi ā M.*

Hic pulvis debet eſſe Baſis, accedente uſu opiatorum tantillo, & *cinnabari* nativâ exaltari poteſt pro infantibus. Adultis inſuper ſi placeat, & ex uſu eſſe videtur, Saccharo oleove gratiori condiri, ♁ioqve diaph. ſociari debet. Hoc pulvere pulveres tot pectorales pro puſionibus & contra tuſſim, ſeſamo & papavere conſperſi omnes

mnes ſupplentur. V. D.Dan. Ludov.Pharmac. qvæ qvoqve ſeqventem ſuppeditat pulverem Nephriticum egregium,in nervorum ureterumqve illâ criſpaturâ vel torſione Helmontianâ:

*VII. Rec. Ocul. 69. pp. ℥iij.*
*Cinnab. nat. ʒvj. vel ℥j.*
*Anodyn. ipſius ℈j.*
*M. F. Pulvis bis in die datus aut ſemel ad ℈iv.*

VIII. In Arthritide vagâ ſcorbutica Magiſterium ſpinarum viperarum cum minerâ cinnabaris Hungar. conjunctum,pro ſudore ciendo, utilem non ſemel mirandamqve opem tuliſſe D. D. Sachſ. in literis ad D Möllenbr. datis atteſtatur V. Möllenbr.Tr. de arthrit. vag, ſcorb. p. 87.

IX. Ob egregias hac virtutes recenſitas, aliasve cinnabari in Medicamenta compoſita conflatæ Panaceæ nomen impoſitum eſt:Nota eſt Anvvaldina Panacea, qvæ è cinnabari cum croco & conchis commiſta prodiit. Adjecit enim Anvvald. alqvid huic miſto de Panaceâ qvadam, qvam ex Italia ſecum attulit, & multis inde in graviſſimis Morbis conſuluit, Hinc Hartm. in notis ad Croll. p. 41. Habuit

An-

Anvvald. panaceam veram, qvam exhibuit ab alio qvidem confectam, & acceptam ſecum attulit ex Italiâ, & multis eâdem in graviſſimis morbis conſuluit. Poſtea ne tandem omnem veram Panacem perderet, compoſuit illud Pharmacum, qvod Crollius (ſcil. p. 40.) è cinnabari nativa croco & conchis conſtare refert, ejus veræ particulam Panaceæ adjecit, ut hac ratione veræ panaceæ vires participaret. Hæc Hartm. qvamvis Excell. Wedel. Pharm. p. 204. ſcribat: Panacea Anvvaldina qvicqvid præſtitit, præſtitit autem benè multa, ratione cinnabaris ſolius & potiſſimùm effecit. Nota, Libavius in Alchimiâ evincere conatur, cinnabarin factitiam vulgarem uſurpatam fuiſſe ab Anvvaldo; Circa finem præteriti ſeculi in 4. edidit tractatum Anvvaldus J.U.L. de hac panacea, qvi fortè in paucorum manibus eſt. Si rectè memini Doſin pro 1. floren. vendidit. Plura de hac ibi legantur.

Excell. Ludov. Pharmac. p. 117.

Speciosa illa Panacea, qvæ etiam ☿ii fixati titulo in pharmacopæis reperitur, & è ☿. 🜍. & ✳. aliqvoties ≏to conſit (vide Schröd. p. 400. ſub tit. ☿ii fixati) cinnabarinæ naturæ eſt,

ræ eſt, atqve adeò effectus in nervorum affectus aliàs non contemnendi, (NB. qvam D. Tenzelius ſæpè dedit ægrotis) nativa tamen vel ♁li facilè ſuppletur.

Idem ſagaciſſimus Vir meminit cujusdam panaceæ ☉ris cinnabarinæ in pilulari foma p. 118. Ita qvoqve, ſcribit, haud ita pridem panaceam ſolarem in pilulari forma accepimus, manifeſtè opiatam, & tantillo forſan cinnabaris nativæ vel ☿ii per ſe fixati ♁lisvè 🜍is, qvæ exigua plane qvantitate diſcernere non licebat, ſociatam, effectu cum regiis Pharmacop. reg. pilulis coincidentem. Rogatus à me, cujusnam fuerit hæc panacea, ita reſpondit: Dieſe Panacea war des Wildeganß eines Tuchmachers in Schleſien ſeine 1664. aufgebrachte Pillen/ ſo ein guter Mann allhier vor das Zippern zu Leipzig gekaufft / und mir eine / weil ſie ihm etwas theuer vorkommen / 16. vor ein Thaler/ zuſchickte. Im erſten Koſten ſchmeckte man das opium exceſſive, und in der diſſolution blieb einig röthliches pülverlein zurück/ weiter habe ich nicht nachfragen/oder examiniren mögen/ auß Verdruß / daß ſolche active Medicamenta dergleichen Leuten / unter handen kämen/ oder wie er im Auſſatz gerühmet/Käyſerliche und Kö-

nigliche

nigliche Polniſche Privilegia hätten. Das iſt gewiß/weil viel Medici auch ſtante cauſa, hin und wieder mit den opiatis ſo blöde ſeyn / daß ein ſolcher Mann hernach viel (zu mahl qvi extra Profeſſionem ſit admirabilis) offt außrichten kan. In Collegio curioſorum wird derer auch gedacht. Das iſt aber gleichwohl nachdencklich / daß in denen beygedruckten Teſtimoniis ſolche auch nicht allein in Guttâ ſerenâ, ſondern gleichfals in Apoplexiâ gut gethan. Nun habe ich die bekante Tincturam anodynam einen vornehmen Grafen in Schwaben vor 9. oder mehr Jahren communiciret / zu einem gewiſſen Ende / und iſt ſolche cum Euphoriâ etiam Apoplecticis unter ſeinen Unterthanen gereichet worden / eodem referente, me verò impoſteum qvaſi deprecante.

X. Cinnabaris nativa ingrediens eſt primarium famoſi illius ſpecifici cephalici, cujus Naturam ſupra aliqvot numeris explicatam dedimus. Hanc qvoqve cinnabarin hujusqve vires & uſum tangunt, & clariùs illuſtrant regulæ & cautelæ infra à nobis datæ.

## PUNCTUM III.
## DE USU EXTERNO.

DE hôc Hofmannus in clave pharm. p. 293.

Extrinſecus mira præſtat, carpis manuum ſaltem applicita. Prout in illuſtriſſimâ qvadam variolis laborante ſpasmaticâ fui expertus ſummâ cum ejus euphoriâ.

Ungventum contra epilepſiam & alios Morbos malignos.

*Rec. Cinnab. nat. ℥ß.*
*Lapid. ophit. ℥iß.*
*Magnet. ʒij.*
*°°° macis.*
*nuc. moſch.*
*qvajac.*
*coryl. ā. g. iij.*
*conf. alk. ℈iß.*
*ungv. alab. q. ſ. M. f. ungv. ad bregma, frontem, tempora.*

Nota. Ungventum hoc fortè vi oleorum agit, qvicqvid agit. Qvis neſcit magnetis vires ſuſpendi illitis oleis.

# CAPUT VI.

## DE DELECTU CINNABARIS.

ELigenda, qvæ gravida ☿. & 🜍re præſtantioribus, adeoqve Hungarica, utpote qvæ

te qvæ naturæ Cris. Schröd. p. 419. D. Wedel. pharmac. p. 139.

Hofm. Meth. med. commendat cinnabarin ex Armeniâ allatam ? Sed qvid eſt cinnabaris Armeniaca ? An opium thebaicum?

# CAPUT VII.

## DE PRÆPARATIONE.

HArtm. in Croll. p. 414.

Probè à ſcoriis montanis liberanda eſt. Hofm. Clav. pharm. p. 291.

Cinnabaris cruda adhiberi poteſt, ſed depurata eſſe debet. Qvæ enim ſcorias depoſuit, probatior exiſtit. Hoc autem modo optimè depuratur: Scilicet cinnabaris nativa pulveriſata coqvitur ▽. puriſſima, in Tigillo alembicato, ut Fumus evaneſcat metallicus in auras, hæc coctio ſæpius iteranda, & pars ſubtiliſſima ſupernatans à ſcoriis ſeparanda eſt. Poſtea in vas argenteum infunde, accenſo Spiritu vini ſæpius ſuperfuſo, & uſui reſerva.

D. D. Wedel. Pharm. p. 89.

Cinnabaris nativæ præparatio optima hæc eſt, pulveriſatur nimirum, vel teritur,

affunditur ▽ ſimplex, agitatur liqvor, qvi ſecum partes ſubtiliores & puriores continet, decantatur, qvibus ſubſidentibus in fundum ipſe iterum decantatur, repetitâ pro re nata elutriatione, & exiccatur poſtmodum, qvod hoc modo acqviſitum ſubſedit.

Excell. Ludov. Pharm. p. 351.

Cinnabaris, inqvit, nativa ſelectior, aut à ſaxo adhærente per trituram & elutriationem ſeparata, citra aliud artificium idonea eſt uſibus medicis. Idem literis ad medatis candidus & experientiſſimus Vir pergit: Ich habe auf die 30. Jahr bald nach Anfang meiner Praxis auf Anmerckung deß Hartmanni, denn Hr. D. Rolfinck brauchte damals ♁lem, ſolchen cinnabarin ohne einige coction, accenſion, &c. gebrauchet: Auch die geringere/ Leibfarbe/ und in Berg verſetzte/ allezeit mit gutem Effect, ohne angemerckte Entſtehung einiges ſymptomatis. Iſt er gantz rein/ finiſſima, wie dieſer Jahre letztere Ungriſche/ nur bloß abgetrieben/oder wo etwas ☿rii vivi ſich inter terendum mercken laſſen/ alsdenn abgeſchlichtet/wie auch die andere unreinere nach dem Project, nur nicht ſo ſtarck geſtoſſen / ſo bleibet mehrentheils der Berg deſto beſſer zurücke.

Ad

Ad præparationem pertinet ſublimatio, de qva D. D. Wedel. Pharm. p. 139. Nativa Hungaria, ſcribit, ſolaris tùm ſibi relicta, tũ ſublimatione depurata, præſtat officium.

# Caput VIII.
## DE LOCO NATALI.

Reperitur in diverſis Europâ Locis, in Ungariâ, Germaniâ, Locis variis, prope Alsheimium Palatinatus. Schröd. Pharm. p. 419.

Renod. de Mat. med. p. 293. In Hydriâ ex multis argenti vivi fodinis eruitur.

Hofm. clave p. 921. In Armeniâ, (vide ſupra) Haſſiâ prope Marpurgum pura reperitur. In Hungariâ vero Hartenſtein zum Schlegel lapidibus permiſta, ut & nuper in Territorio Brunſvicenſi zu Walckenried. In confiniis Bohemiæ cum auri ramentis lavatur. Comitatus Schvvarzburgenſis eandem promittit.

# Caput IX.
## DE COGNATIS.

Supra de cinnabari ♄li cap. penult. de cognatis diximus, hanc & nativam ſymboli-

bolicam obtinere virtutem, proinde hîc prolixiùs ea repetere non opus eſt. Utraqve enim cinnabaris ex iisdem principiis materialibus & eodem ligationis modo agit. Præterqvam, qvod cinnabarin nativam ♁li pleriqve anteponant, qvod ipſe Sennertus jam ſuo tempore animadvertit, dum Inſtit. Med. p. 1440. ſcribit: Præſtat cinnabarin nativam uſurpare præ cinnabari ♁ii. Et Excell. Ludov. Pharm. p. 345. Cinnabaris, inqvit, nativa potior plerunqve nobis viſâ eſt præ cinnabari ♁ii. D. D. Wedel. Pharm. p. 139. Nativam Antimonii cinnabari præferre fas eſt. Qvale hic mereatur ſymbolum ☿. diaphoreticus Helmontii vide cap. IV. hujus Membr.

# CAPUT X.

## DE OPPOSITO.

QVod complectitur cinnabaris, olim, dolendam obſcuritatem, uſum ſuſpectum & purgatum, nec non divulſionem & per varia Menſtrua corroſionem.

I. Ob-

I. Obſcura hactenus fuit Cinnabaris, obſcurive Uſus. Hinc Schröd. p. 419. Uſus ejus internus, præterqvam qvod Antepilepticis nonnunqvam permixta deprehenditur, qvod ſciam, nullus eſt. Ad qvæ Verba Hofmannus in clave, p. 291. Dominus Auctor uſum ejus internum, præterqvam, qvod antepilepticis nonnunqvam permiſceatur, adhuc ignorat. Et Excell. Ludov. Pharmac. p. 351. Paucis ab hinc annis magis cinnabaris nativæ uſum increbuiſſe ſcribit.

II. Fidem cinnabaris ſuſpectam habent multi. Hos intereſt:

1. Crollius Baſil. p. 41. qvi cinnabarin nativam rejicit, qvia Fumum Mercurialem ſuper △ emittit, Mercurium verò præcipitatum huic cinnabari præfert. Hic, inqvit, ☿. certâ præparatione, doſi & mixturâ, divinum evadit pharmacum, & in plurimis morbis longè efficaciùs operatur, modò eadem illi adhibeatur Fides, qvàm decantata illa ſuperiorum temporum Panacea, è pulvere cinnabaris nativæ tenuiſſimè tritæ, admixto croco & conchis confecta in cujus examine minimo adhibito △ ☿ adhuc crudum per

 fumum

fumum aſcendere & nummum aureum dealbare olim multoties deprehendi; ſed

Reſ. Falſum eſt in eâ deſtinatione & indicatione, cui ſubjacet cinnabaris, debilius operari, qvàm ☿. præcipitatum à Crollio eô in locô deſcriptum. Nimis qvidem efficax eſt præcipitatus ille, ſeu Turbith hoc minerale, dum ἄνω & κάτω interdum ſatis validè, qvod ſuum eſt agit, ſed hanc efficaciam nolumus in cinnabari noſtrâ nativâ, qvæ ineffabili modo & non (ordinariè) ſenſibili evacuatione Archeum perturbatum ſedat, qvod præcipitatus non, qvin potiùs contrarium præſtat.

2. Fumus ille ☿rialis, dealbatio nummi aurei, imò ipſa reſuſcitatio per △. nihil noxii infert. ☿ius enim 🜍. ligatus à calore noſtro nativo non redigitur in priſtinam currentem Formam, nec 🜍 illud ligans in corpore noſtro ſeparatur; Sed qvicqvid agit cinnabaris, agit in ſuâ compage & unione qvaſi hypoſtaticâ, donec ſine ullo fere ſolutionis indicio iterùm egrediatur corpore. Ceterum damnamus ſuffitus è cinnabari qvacunqve paratos, etenim hôc modo ☿ vivus fumi forma à 🜍re ſolutus & ſui juris factus nervos & viſcera penetrat, ipſisqve

qve malignitatem ſuam affricat,ut peſſima exinde ſymptomata proveniant. Vide Membr. III. caput ult. de oppoſ. ubi Hiſtoria ſuffitus narratur è Schenckio, qvod juvenis ulcere penis laborans per ſuffitum ex illa vulgari & pictorum cinnabari peſſima inciderit ſymptomata ob ☿, venenoſam qvalitatem induentem. Qvæ Hiſtoria qvoqve huic & ♁li cinnabari poteſt applicari, ſi intelligitur ibi vulgaris factitia: Eadem enim habent princinpia eſſentialia omnis cinnabaris mineralis ſpecies ☿ ſcil. & 🜍 ♁ii puritate ſaltem & ligatione differunt.

II. Alii propterea damnant cinnabarin, qvod facili negotio in ☿. currentem & ſic iterum in cinnabarin convertatur, hinc verò priſtinam retineat formam, & eadem excitare poſſit ſymptomata, qvæ ☿ius ſive crudus, ſive præparatus.

Reſponſio eadem eſt, qvàm proximè ſuperioribus dedi. Deinde prolixior me reſpondeat D. Hofmannus Meth. med. p. 142. Licet,ſcribit,Nativa facili negatio abeat in ☿ium, & ſic iterum in cinnabarin, putasne inde eadem qvoqve poſſe excitari ſymptomata, qvæ ☿ excitat currens; Mi-

nimè gentium. ☿ enim compedibus ♀reis eſt vinctus, hincqve nec ſui juris, atqve ſic à turbis iſtis gravioribus, qvas vel liber, vel ⊖ibus corroſivis irretitus, ciere ſolet, jam planè immunis, neqve digeſtioni ventriculi paret, neqve in corporis noſtri oeconomiam recipi poteſt.

III. Tertium ſuſpecti Uſus Fundamentum Cratonem jeciſſe putant alii. Hic enim CRATO, ſummus Medicus, cinnabarin in epilepſiâ nuſpiam commendavit, de vi ipſius magneticâ in epilepſiâ valde dubitavit, eandemqve ſolitariam & ſociam in pulveribus ſcilicet planè rejecit. Probant minorem & dicunt: Qvamvis enim Sennertus cap. de epilepſia pulverem antepilepticum præſcribat, è cinnabari nativâ, à Cratone tanqvam epilepſiæ Magnete laudatâ, & Rolf. chem. p. 362. ſcribat: Cinnabarin mineralem nativam Magnetem epilepſiæ à Cratone appellari, contrarium tamen verum eſſe; Cum enim ipſum Cratonem conſulant, ejusqve ſcripta evolvant, nusqvam ſe hæc invenire. In conſiliis æqvè ac Epiſtolis varia ac diverſa Medicamenta antepileptica recenſere qvidem Cratonem, ſed

ſed cinnabaris ne verbo qvidem mentionem facere. Epiſtolis porrò medicinalibus à Laur. Scholzio editis Epiſt. 137. hæc verba Cratonis extare: De vi magneticâ adverſus epilepſiam in nativâ cinnabari valde dubito. Et L. I. Ep. 7. Eam in epilepſiâ ab Empirico qvodam adhibitam damnare Cratonem, & dicere, ſe iſtud non imitaturum, etſi omnes Homines ipſi autores eſſent, cum robuſta qvoqve corpora vix illius uſum ferre qveant. Eod. L. conſil. 4. denuò affirmare: Medicamenta de cinnabari non præſcribo, cum Joh. Fernelius in Libro ſuo de Lue ♀reâ (vide cap. ult. de oppoſito, infra, Membr. III.) tàm dira ſymptomata uſum cinnabaris conſecuta referat. Epiſt. 168. Pulveres è cinnabari conflatos planè eum rejicere, & procul dubio ex mente Eraſti, qvi Epiſt. 271. ad Monavium ☿. & nonnulla Medicamenta ex Metallis non temerè adhibenda ſvadet, qvovis modo etiam præparata. Ad hæc reſpondeo:

I. CRATO Medicus qvidem fuit ſui temporis ob multijugam & eximiam Artis medicæ peritiam valde conſpicuus, ſummus tamen

tamen ſanctioris chemiæ non fuit Dictator, nec ſolô illius conſenſu vel diſſenſu ſtandum: Non rarò impingit in veritatem, Exemplum vide apud D. D. Majorem de Lacte Lunæ cap. V. §. ult.

2. Reſpondet D. D. Wedel. Diſp. de Epilepſ. hyſter. Cinnabaris, inqvit, nativa, præſertim Cratonis deprædicata elogio idqve non ſine cauſa, licet in ſcriptis ejus nomine conjunctim editis, illud non reperiatur: Et Hofm. Meth. med. p. 143 Cratonem, ſcribit, qvod concernit, ſciendum eſt, licet de cinnabaris Magnetiſmo in epilepſia in ejus monumentis nihil reperiatur, tamen ſtudio illud ipſum factum fuiſſe puto, dum Medici eſt experimenta celare interdum, ne ita proſtituantur & vulgaria fiant. Huc usqve ille. His ego addo, eſſet aliqvid ſic reſpondiſſe, niſi ipſe Crato, ut ex objectionibus etiam patet, cinnabaris vim antepilepticam in dubium vocaſſet Ep. 137. imò planè rejeciſſet pulveres ex ea conflatos Ep. 271. Aut dicendũ eſt cũ Hofm. l. c. ſic ſimulaſſe Virum gravem, qvando & dubitarit & plane rejecit; Non credibile autem hoc eſt, & cujus animi ſignum qvæſo foret, Medicamentum qvoddam taci-

tacitè magnifacere, & corã aliis contẽ tim habere, de eô dubitare vel planè rejicere. Nimia hæc levitas eſſet, & falſi, omnibusqve bonis exoſi anmi index, qvæ vitiorum enormium ſuſpicio non cadit in virum bonum & gravem. Accedit

3. Qvod ipſe Crato lib. I. conſil. 4. fateatur, ſe bonô ſucceſſu cinnabari Viennæ uſum fuiſſe. Ut itaqve dicamus, qvod ſentimus & curſoria lectio evolutioqve Cratonis ſuppeditat, bis mentionem facit Crato cinnabaris, Prima extat l. conſil. 4. (utinam annus hîc adſcriptus foret, ipſa conſilia Scholzius primò 1591. publicavit) Hoc conſiliô effert cinnabarina, qvibus ipſe uſus fuerit non ſine euphoria; uti jam dictum eſt; cautè tamen hîc agere geſtit, fortè penes Ægram illuſtrem, neqve eadem vult, ob ſiniſtra judicia devitanda, nimis religiosè commendare, qvum Ferneliana obſervatione tam diva ſymptomata horum uſum conſecuta fuerint. Confundere tamen videtur, (an vitio temporum?) Nativam, qva procul dubio uſus eſt, cum factitia Ferneliana. Deinde mentio fit cinnabaris Epiſt. 7. l. I. ubi averſatur uſum cinnabaris nativæ, qvia Ægri etiam robu-

robuſti graviter eandem ferant, & fortè Adverſarii ibi ſui cauſa, qvi à Fioravanta Empirico id didicerit, cum tamen Fioravanta optimis qvibusdam remediis non omninò deſtitutus ſit; qvis qvoqve verò exactè determinare poterit, an cinnabarinus an verò alius qvidam rubellusqve Pulvis fuerit, aut Lapis ipſius à Tentzel. deſcriptus? Qvi enim fieri potuit, ut cinnabarin nativam robuſta corpora ægrè tulerint, qvam puſiones ſine noxâ deglutiunt. Itaqve hinc patet Cratonem cinnabarin nativam non abſolutè rejeciſſe, cum euphoria nonnunqvam exhibuiſſe, ſcriptis hanc ſuis inſeruiſſe, omnem vero dyſphoriam vel cinnabari factitiæ, vel nativæ impuræ nec debito modo præparatæ, vel alii compoſito ☿rialiqve & rubello pulveri, qvem cinnabarin putavit fuiſſe Crato ab aliis adhibitam, imputandam eſſe. Fieri qvoqve potuit, ut Crato primùm cinnabarin nativam meticulosè uſurpaverit, experientia & ratione circa hujus naturam & uſum nondum probè confirmatus, poſt verò aliter ſenſerit, ſuum qvoqve conſenſum pleniorem, è poſterioribus melioribusqve cogitationibus enatum Monumentis

tis ſuis conſignare non potuerit, aut Epiſtolæ, conſiliave, qvæ cinnabaris hujus innoxiæ prolixiorem mentionem faciunt, Cratonis in ſcriptis conjunctim editis deficiunt, aut ſtatuendum eſt, Cratonem primum cinnabarin nativam, ut ipſe fatetur, cũ proſpero ſucceſſu uſum fuiſſe, poſt verò deceptum & deterritum vel factitia vulgari Ferneliana vel alio qvodam rubello ☿riali draſticoqve pulvere, ipſius Fidẽ damnaſſe, & innoxiam cinnabarin è claſſe Euporiſtorum ſuorum, qvibus abundavit ſine dubio, ejeciſſe, vel minimũ neglecto ſcrutinio per △. nec intelligentem probe ♂ & ☿ unionem mirabilem ac ſalutarem, injuriâ temporis nunc bene nunc male de eadem ſenſiſſe, variisq; dubitationũ procellis agitatum fuiſſe. Hæ conjecturæ non ſunt ἐκ τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀτόπων.

III. Cinnab. vario modo divellitur, & alteratur. Principia ejus, ♂ & ☿. per corroſiva Menſtrua diſcontinuantur, ſeparantur, & iterum uniuntur.

Qvomodo ♂. purũ, ſeu ♂rea Pars cinnab. qvã ex ♂io habet, tantopere commendata parari debet, & iterũ uniri cũ ☿ aliisve, Vide apud Hartm., Schröd., Glaſ., Beguin., & alios cinnab. diaphoreticam & catharticam

Beguini cum ⊖e decrepitato, & ☍ ♆. per digeſtionem & evaporationem conficiendam V. Membr. III. de Factit. Cinnab. Cap. de fine & uſu. Medicinam illam putatitiam univerſalem per principiorum ſuorum ſyndiacriſin eò redactam i. e. ☿. præcipitatum diaphoreticum & excellentem Hartmanni, viamqve ſalebroſam hunc acqvirendi V. in fine Baſil. Chem. Croll. p. 414. & Scröd. p. 419. 420. de cinnabari nativa, qvi ex Crollio Proceſſum tranſcripſit. De qvo nota Epicriſin Exc. Hofm. Clave p. 294. Hoc Medicamentum nil aliud eſt, qvàm Aſtrum ☿ii, qvod cum ☉ etiam nonnulli conficiunt, ſed qvi cinnabarin ſolarem poſſident, additione ☉ in hujus præparatione ſupterſedere poſſunt. Hoc Medicamentum cinnabarinum principibus Haſſiæ olim fuit in uſu, & Filio regis Daniæ, Duci Woldemari, illudqve tanqvàm Medicinam univerſalem reſervarunt. Et paulò poſt: Cinnabaris per artem Spagyricam nimiùm à nativâ (ſua) indole non abducenda, vel per Naturam unita & conjuncta ſeparanda, nec per Principiorũ ſuorum diſſolutionem in præſens præcipitatum diaphoreticum redigenda eſt. Et p. 314.

Cin-

Cinnabaris virtus ſi manere debet integra, per partium ejus 🜍rearum & ☿rialium ſeparationem , ut & per acida & alkalia factam inverſionem deſtrui non debet. Qvod etiam antè monuit gratioſus Hermes D. D. Ludov. Pharm. p. 352. Cinnabaris ſcribit , per nimiam curioſitatem divelli non vult, qvod fit, qvando 🜍rea pars è ſelectiori qvoqve minerâ ( è viliori enim ſaxea potiùs ſubſtantia ſolvi videtur , ) per Alkalia fundendo , vel digerendo difficulter licet & exiguâ planè qvantitate extrahitur: Nec non cinnabari injuria fit, cum abſtractione acidorum non tàm alteratur, qvàm pervertitur , æqvè ac materia, qvæ poſt conſvetam ☿ii ſeparationem ibi reſtat, meritoqve proinde, qvæ Natura conjunxit, Homo non ſeparat, etiam curioſioribus ex alcalibus volatiliſatis, aut conſimilibus menſtruis.

## MEMBRUM III.
## DE CINNABARI FACTITIA VULGARI.
### CAPUT I.
### De Nomine.

DIcitur cinnabaris factitia vulgaris, qvia his adjectionibus diſtingvitur à nativâ minerali & factitiâ ☿li. Factitia eſt, qvia per artem fit, ſcilicet ♎tionem, hinc opponitur nativæ minerali, qvam natura ſuo artificio elaborat. Vulgaris verò, qvia vulgaris uſus eſt, non tàm Ægris, qvàm pictoribus familiaris: Imò opponitur precioſiori ☿li, qvæ carè conſtat vulgò, & multum operæ in ♎tione reqvirit, antequam uſui medico juxta hypotheſin inſervire debeat vel poſſit. Factitia cinnabaris κατ' ἐξοχὴν dicitur Schröd. p. 419 Cinnabaris officinarum artificialis p. 409. Hofmanno Altorf. dicitur hæc cinnabaris minium Paral. officin. p. 535. Appendo ♀ri minium, qvia non eſt minium Diſcoridis, ſed res factitia ex ♀. & argento vivo. ♀♎tum vocat Cæſalp. 1. Metall 28. & L. 2. c. 61. Hoc etiam cinnabari vocant Medici ſcribit idem Hofm. l. c. Braſavolæ cynaprium dicitur Renod. de Mat. Med. p. 293.

# CAPUT II.
## DE AUCTORE.

Aucto-

AUctores oblatamqve occaſionem inventæ cinnabaris hujus intimat nobis Agricola L. 9. Foſſ. n. chemiſtæ, inqvit; caſu videntur inveniſſe, cum enim ad argentum vivum adjicerent 🜍; ut ex iis efficerent aurum & argentum, in hoc pigmenti genus ſunt mutata, qvod qvoniam argenti vivi metalla, qvæ erant in Beticâ, deficerent, in minii locum ſucceſſit. Adhæc pertinent Epecritica Wedeliana, qvæ extant Ann. III. Ephem. p. 172. 173. Proinde non pudet nec piget, epicriticam illam coloniam, qvæ ſimul offert modum lavandi præparandiqve cinnabarin nativam, hujusqve inventorem, in hujus Thematici membri mittere coloniam. Qvi, ſcribit, cinnabrin artificialem vulgarem primitus fecerunt, ☿ in ☉ mediante 🜍. congulare, & convertere conati ſunt; hypotheſi communi inducti, illud ut metalla reliqva ex 🜍 & ☿ conſtare, ita pro hoc ipſo probando allegatur à Majero l. de 7. Mont. Plan. c. 1. p. 43. Theophraſtus Ereſius, ſcribens, Calliam qvendam Athenienſem feciſſe cinnabarin, cum ſe ☉ facere præſumeret. Videatur qvoq; Picus

Mirandula L. 2. de ⊙ c. 10. ubi non ſolùm inventor hujus cinnabaris eſſe Bulcaſis Arabs aſſeritur, ſed & plura alia circa hanc rem planè pulcherrima traduntur. Verum, utut aſſertum ſuperius veriſſimum ſit, tamen ſi locus Theophraſti, qvi eſt L. de Lap. p. n. 12. examinetur curatiùs, ſenſus ipſius non eſt compoſitionem cinnabaris artificialis. Pictorum inventam eſſe à Calliâ, ſed ſolummodò illud artificium, qvô cinnabaris nativa uſitata hodienum, & qvidem optimo modo mediante ▽. depuratur, cujus terminus uſitatus eſt ſchlemmen. Affunditur nempe cinnabari pulveriſatæ vel alii mineræ ▽ ſimpl. ſ. q. Triplum v. g. vel qvadruplum, hinc motione factâ, ut ſubtiliores partes in ▽m diffundantur, in aliud vas decantatur, & qvod in fundo ſubſidet alcohol tanqvam cinnabaris optima depurata & præparata adverſatur. Hic proceſſus ſi cum modo Calliæ examinetur, & conferatur, videtur omninò convenire; Meminit enim Auctor apertè 1. Recipi cinnabarin nativam, & qvidem illam, qvæ arenæ ferè accedit friabilitate & ſplendentem, qvæ oppoſita ſcilicet eſt ibidem memoratæ duræ & lapidoſæ.

pidoſæ.

pidoſæ. 2. Hanc collectam in vaſis lapideis leviſſimè teri 3. Tritam in vaſis æneis lavari. 4. Qvod verò ſubſidet, iterum ſumi & teri & lavari ut prius, ἐν ὥσπερ ἐστὶ τὸ τῆς τέχνης, Atqve hoc eſt qvod Ars confert. Et paulò poſt: γίνεται τὸ μὲν ὑφιστάμενον κάτω, κιννάβαρι, τὸ δὲ ἐπάνω, καὶ πλεῖον πλύσμα. Fit verò, qvod infra ſubſidet, cinnabaris, qvod autem ſupernatat & plus eſt, Lotura. Qvibus manifeſtè innuit reqviſitum 5. Hanc cinnabarin ſubſidentem exiccandam & loturam ſupernatantem decantandam. Ipſe verò Callias hoc artificium invenit, qvod cum propter ſplendorem putaret aurum in arenâ eſſe, ſtudioſè illam collegit.

# CAPUT III.

## DE PROCESSIBUS,

### Qvibus impetratur cinnabaris factitia vulgaris.

PAracelſ. de Nat.Rer. l. 5. de morte Rer. nat. præparationem hanc proponit: ☿ In cinnabarin redigi ſi debeat, prius cum 🜍re mortificandus, liqvefaciendus, & in nigrum pulverem redigendus. Poſt

è cucurbitâ in alembicum ♎ndus in formâ lapidis hæmatitis.

Agricola de Foſſ. n. L. 9. hác ratione parat.

Rec. 🜍 liqvati p. j. & hinc ☿. p. ij. adjiciendo, rudiculâ continuè celerrimeqve, ut ☿ probè ſubigatur, agitando, maſſam terendo, & in vaſe oblongi colli vitreo lutato vel terreo, coqvendo, donec poſt luteum & cæruleum fumum exeat. Dum ille apparuerit, exemplum è fornacula vel etiam ſimplici tantùm tripode vas frangitur. Pergit: Alios 🜍. & argentum vivum eadem proportione ſimpliciter in vas conjicere, & minium eô modô conficere. Alios miſcere 🜍 & argenti vivi partes æ. hosqve minium facere deterrimum.

Renod. de Mat. med. p. 293.
Cinnabaris artificialis ex 🜍 & ☿ ſimul △ coactis fit: & paulo poſt: Ponderoſa eſt & velut lineis argenteis & rubris intermixta.

Weckerus L. 1. antid.
Cinnabaris Neotericorum factitia eſt qviddam ex 🜍 vivo & ☿ uſtis.

Ang. Sala Aphor. chem. p. 249.

Ex

Ex ☿. ⊖. & ♀re minerali invicem mixtis ac concorporatis pulverem rubicundiſſimum, cinnabrium dictum, conficimus.

Schröd. p. 409.

Rec. ♀ comm. ℥iij vel iv. Huic liqvefacto infunde Mercurii vivi ℔j ſpatulâ benè agitando incorpora, donec ☿. planè à ♀re conſumtus videatur. Hinc maſſam refrigeratam tere ſuper marmore at ♎ma ex ♎torio lutato △ primò leni, dein auctior: 1. Aſcendit fumus citrinus paulatim rubeſcens; Qvando itaqve fumus nigro-rubeus aſcendere incipit, urge △ violentiſſimè horas 4. & 5. & ♎bitur cinnabaris, adhereſcetqve lateribus, qvam exime rejectis fecibus in fundo, & capitello. Ad qvem Proceſſum Hofm. clave pharm. p. 278. Exactiſſima hæc eſt compoſitio, liqventur ſcil. ♀ris ℥viij. & immiſceantur illi ☿ vivi ℔j. & ℥iv. Et his mixtis fiat ♎tio, & acqvires cinnabarin artificialem.

Zvvelf. Mantiſſ. ſpagyr. p. 360.

Deſcriptionem hanc Schröderian. exactã vocat, propriamq; præmittit juxta fortè Agricolæ mentẽ, & typium. Cinnabaris,

ſcribit, artificialis factitia ex ☿ vulgi currente & ♀ communi ac puro fit. Liqvando nimirum ♀. ℥iv. immiſcendoqve illi ☿ii ℥viij. Ex hâc Miſturâ beneficio ♎tionis repetitæ nanciſceris cinnabarin artificialem officinarum.

Rolfin. Chem. p. 363.

*Rec. ♀ comm. ℥iv.*

*☿ curr. ℔j.*

Liqvefacto ♀ ri benè bacillo ferreo agitando in corpora utrumqve, donec ☿ à ♀re planè abſorbeatur; Poſt maſſam frigefactam tere ſuper marmore & inde in vas terreum, ſuperpoſito alembico vitreo, adminiſtratis △. gradibus adſcendit fumus citrinus, aut luteus, mox nigro-rubens. Poſt concreſcit Cinnabaris ad latera vaſis & in alembico. Nigra licet appareat, pulveriſata tamen ruberrima fit.

Beguinus Tirocin. chem. p. 106. In præparatione væ fortis meminit qvoqve modi ♎ndi cinnabarin hanc:

Rec. ☿. diſſolve eum in Aqv. fort. adde ♀ partem æqvalem deſt. per ♌ habebis ▽ m validiorem, qvam antea & cinnabarin ad collum ♌. His ſubjunctæ ſunt notæ:

1. Qvod

1. Qvod potius tertia pars aut ad ſummũ dimidia 🜍ris ſit recipienda.
2. Qvod △. in fine vehementior excitandus ſit, qvando cinnabaris eſt elevanda‿.

D. Wedel. Pharm. p. 134. 135. dum recté ſtatuit ♎tionem promoveri per ⊖ia‿, ſeu ⊖ia Vectoris vice in ♎tione fungi, vel domeſtica & intrinſeca vel extranea, ſic ex 🜍 addit, communi & ☿ vulgari, qvi ⊖is inſtar eſt, fit cinnabaris vulgaris.

# CAPUT IV.
## DE FINE ET USU.

### I.

HUic cinnabari crebrâ lotione in ▽. roſ. mitigatæ vires non contemnendas in mundificatione ſangvinis nonnulli adſcribunt. Alii tamen uſum internum hujus cinnabaris non probant. Hinc Hofm. clave pharm. p. 278. Internè loco cinnabaris ♁ii adhiberi neqvit, licet, non deſint, qvi dum ſpecificum cephalicum D. Mich. conficere volunt, in locum cinnabaris ♁ii officinarum cinnabarin ſubſtituunt, ſed non ſine miſerandâ mortalium clade, 🜍

enim Antimonii, ex qvô Cinnabaris Antimonii cum ☿ conſtat, naturæ eſt ☉ris, artificialis verò ſeu officinalis cum 🜍re communi parata ſæpe arſenicalis. Et D. Wedel. Ann. III. Ephem. curioſ. p. 173. Cinnabarin factitiam vulgarem chemici maximam partem Seplaſiariis & pictoribus relinqvunt. Paulò aliter verò ſentit Excell. Ludov. literis ad me datis, induſtrius, ſcribit, Libavius pecul. tract. de Alchim putat Anvvaldũ factitiã cinnabar. uſurpaſſe in panaceâ, (niſi fortè ☿ fixatus fuerit per ſe, aliterve) interim non rejicit factitiæ noſtræ uſum ſaltem conſideratum. Ingenuus Qvercetanus, ad gr. IV. commendat hanc factitiam, nec Rolfincius noſter eandem rejicit, qvamvis obſcurius chem. in Art. F. red. olim Amicus qvidam noſter & bonæ notæ Practicus in materialibus Medicis tamen haud adeò tùm verſatus, nullâ aliâ qvàm factitiâ cinnabari multoties uſus erat, qvam Materialiſtæ ipſi miſerant, cum ſine additamento nativæ eandem poſtulaſſet, ſine omni noxâ, effectu præſentaneo in notoriis affectibus ad gr. ij. iij. iv. Imò pulverem Mynſichti mirabilem eodem

dem modo confecerat, de aliis jam olim majoris ſubſellii nihil dicam, qvi factitiam cinnabarin ſine ullâ hæſitatione in Praxi ſuâ uſurparunt. Et qvantum differt hinc Mercurius fixatus ſeu Panacea Schröderi nõ. iij? Remedium haud planè rejiculum. Qvando Mercurius probè purgatus eſt, ♀ purum & ſelectum, productumqve parvâ doſi circum ſpectiùs datur, non video, qvi omninò cinnabaris hæc abjicienda ſit. Nolim tamen hinc cuiqvam præſertim incipientibus, in qvævis ſæpe incidentibus auctor eſſe temerarii abuſus.

II. Externus uſus tutior eſt. Hofm. Medicam. officin. Paralip. p. 535. In unctionibus luis Hiſpanicæ pro argento vivo utuntur. Et alter Hofmannus clave pharmac. p. 278. Hæc cinnabaris in Italiâ ad ſuffumigia, Emplaſtra & ungventa contra luem ♀ream adhibetur.

III. Siqvis Mercurium vivum deſiderat puriſſimum, illum ex hac officinarum cinnabari elicere poteſt, qvi poſtmodum in medicina egregium utiqve ſortietur locum Hofm. clave p. 278.

IV. Pa-

IV. Paratur ex eâ cinnabaris diaphoretica & cathartica. Hujus præparandi modum proponit Beguinus Tiroc. p. 274.

*Rec. Cinnaba. comm. ℥j.*

*⊖. præp. i. e. decrepit. ʒij.*

Simul tere, miſce & matracio impone, qvibus ſuperfunde ☍ ♆ per campan. facti ℥iij. Digere per triduum in cineribus, tandem △ vehementi i. e. ∴ fac omnem humiditatem evaporare, reaffunde & deſt. iterum, etiam tertia vice. Manebit in fundo maſſa alba, qvæ freqventi ablutione edulcorari debet. Qvidam facta evaporatione ☍ ♆ id reaffundendum cenſent, & deſtillandum, hocqve tertiò repetendum. Verum hæc repetita deſtillatio videtur inutilis, qvo cinnabaris tantum ⊖is volatilis aciditatis ♆ris primâ deſtil. ad ſe trahat, qvantum naturæ ſuæ ſufficere poteſt, uti cuilibet in Naturæ ponderibus exercitato notum. Convenit hæc cinnabaris diaphoretica in morbis ♀reis & contagioſis, aliqvot diebus data 16. ej⁹ grana ſudores movent, ſumta cum conſerva roſanum & ℥iv. vel iij. Decoctionis ſaſſaparillæ, decem verò conſervæ alicui vel pilulæ commixta per ſeceſſum operantur &c. Qvid de hâc

per

per acidorum abſtractionem præparatione cinnabaris ſentiendum ſit, vide aliô locô.

Pertinent adhoc caput, qvaſi in oppoſito & antitheſi, qvæ habet Sennertus, Fernelius, & Schenckius, qvi cinnabarin factitiam venenum ſui generis eſſe putant: Prodeat itaqve.

I. Sennertus, qvi ſtatuit L. VI. Prax. Part. VI. c. 18. Symptomata cinnabarin artificialem ſumtam conſeqventia ſimilia eſſe ſymptomatibus argentum vivum mortificatum vel ſublimatum conſeqventibus. Accidit enim, inqvit, dolor, & corroſio in gutture, ventriculo & inteſtinis, ſupervenit vomitus, fluxus ventris difficilis, ut qvandoqve ſangvis egrediatur, accedit ſpirandi difficultas, & alia ſymptomata cap. præc. propoſita, hinc qvoqve curationem tradit ſimilem illi, qvæ argento vivo ſumto competit. Si materia adhuc hæret in ventriculo, vomitu rejicienda, deinde clyſteres ex hydromelite vel ○°° injiciendi; ſorbeantur etiam jura pingvia gallinanum, bibatur lac vel comedantur cibi lubricantes, veluti eſt butyrum, ○°° & alia, qvæ vias leniunt, & materiam per alvum educunt. Re-

Reſpondetur: Hæc intelligenda ſunt de illâ cinnabari factitiâ, ubi nec ☿ puriſſimus, nec 🜍 electum eligitur, nec enchireſis rectè habet, nec debitâ doſi exhibetur, ex ſuperioribus enim conſtat, cinnabarin factitiam ſine noxâ ſæpiſſimèdatam fuiſſe, & dari poſſe; itaqve ſymptomata hæc cinnabari factitiæ per ſe non ſunt adjudicanda, qvæ aliunde orta ſunt.

II. Fernelius, qvi de lue ♀rea cap. 7. Symptomata pictoris cujusdam Andegavenſis cinnabari huic factitiæ è ſuctione penicilli, hac obliti deglutitæ adſcribit. Digna eſt Hiſtoria ut in noſtrum transferatur ſolum:

Pictor qvidam Andegavenſis manuum digitos graviores ſolito, torpidiores, ægreqve mobiles ſentiens, paucis poſt diebus contrahi illos & convelli ſenſit, atqve ſenſim indies magis magisqve aucta eſt affectio, dum incurvi illi & penè implexibiles manerent, qvin & carpum & brachia pervadit affectio, qvæ admodum torpida, convulſa, graviaqve reddebantur. Haud multò poſt idem vitium pedes ſenſere ſublata incedendi potentia.

Qvi-

Qvibus malis aliud ſymptomata longè graviſſimum & crudeliſſimum acceſſit. Dolor enim acerbiſſimus & atrociſſimus ventriculum ac hypochondriam utrumqve occupare cæpit, ſed qvi ad totum ventrem pertineret, cui cum nec noctu, nec interdium intermittebat, clyſteribus fortibus, balneis & aliis qvibusdam remediorum generibus levatio qvæſita eſt. Unicum tandem in acceſſione inventum eſt ſolatium , tres qvatuor ne robuſtos Homines ventri ſuperpoſitos ſuſtinere; Compreſſo ſiqvidem ventre paulò mitior cruciatus erat, ubi 6. 8ve dies nonnunqvam & 12. Miſer ille adeo fuerat diſcruciatus, ſenſim abeunte dolore langvidus qvidem & penè moribundus cernebatur, ſed qvi ſtatim reſtituta appetentia vires aliqvos reciperet, dum alia rurſus ſimili acceſſione correptus proſterneretur. Viginti enim, non amplius, dies intermittebat; Atq; in acceſſionib⁹ alvus nec validis qvidẽ proritata Medicamentis qvicqvã demittere poterat. Etſi verò in cauſis iſtorum ſymptomatũ inveſtigantis variè à Medicis allaboratum eſt, tandẽ tamen omnia in cinnabarin recte relata. Cum enim Pictor iſte

non

non ſolum penicillum digitus ſæpe exter. geret, ſed etiam imprudens & incautus ore exügeret, factum, ut cinnabaris in corpus recepta & viſceribus ac nervis communicata, maligná qvalitate ea infecerit,& horum ſymptomatum cauſa extiterit.

Adhæc reſpondet Hofm. Clav. p. 293. In HiſtoriâFernelii dubium manet,utrum Pictor é cinnabari nativâ, an veró ex aliis rebus noxiis ſuis pigmentis v. g. auri pigmento miſtis in dicta incurrerit ſymptomata.

Egò veró ſic ſentio: 1. Non auſim dicere Fernelium cinnabarin nativam, ſed potiùs factitiam vulgarem, indigitare voluiſſe. 2. Facilè fieri potuit, ut pictor hic ſenſim nimium hujus factitiæ cinnabàris deglutiret; exiguum qvoqve eſt ponderoſum. Hinc cinnabaris impurior, non benè unita, pondereqve excedente in primis viis collecta latiusqve diſtributa has potuit in corpore turbas dare.

III. Johannes Schenckius l. 7. obſ. ex relatione D. Joh. Franci Medici Cammicenſis meminit juvenis cujusdam, qvi cum ulcus in pene ex impuro concubitu

con-

contractum haberet , nulliſqve aliis medicamentis curari poſſet , ſuffumigio è cinnabari tandem curatus eſt. Ab eô autem tempore de graviſſimis ſemper doloribus capitis & fluxu ſangvinis è naribus conqveſtus; Dolor nonnunqvam per triduum , aut biduum remittebat , aliqvando ſingulis diebus ter qvaterve recurrebat. Dolore ſæviente ſeſe conjiciebat in lectum , & advocatis duobus aut tribus famulis jubebat caput manibus comprehendi, & qvantâ vi poſſent, conſtringi, & comprimi , ſe nullâ re doloris levationem majorem ſentire affirmabat. Poſt qvadrantem aut dimidiam horæ partem dolor nonnunqvam qvieſcebat, benè edebat, bibebat, dormiebat, & dolore abſente optimè valebat. Uſus qvidem erat doctorum Medicorum auxilio & conſilio, ſed ſine fructu , tandemqve doloris magnitudine victus ſubitò inter manus famulorum caput pro more ſuo comprimentium extinctus eſt.

Sed dico ego: A cinnabari per ſuffitum noxiâ & deleteriâ , & ſic in principiis ſuis eſſentialibus divulſa ad cinnabarin in compage ♀reâ & ☿riali exiſtentem, non

valet conſeqventia. Hinc qvoqve Hofm. Clav. p. 293. Fateri cogimur, vaporem ☿ii inprimis cum ♄. adulterati, ſummè eſſe noxium; Id qvod tamen de ☿ & 🜍 invicem ligatis affirmari neqvit. Hæc ille. Qvid qvod ab ulcere occluſo, ipſaqve lue ☿reâ incrementum capiente, latiusqve in corpus diſtributa oriri hæc ſymptomata potuerint. Appendo his Petri Apponenſis Tract. de Venen. Bezoardicum Anti-cinnabarinũ, qvod ſpodiũ eſſe ſcribit, ex ebore combuſto. ad ʒij. datum cum vino, & Ponzetti de venen. L. 2. c. 18. qvod eſt ſpodium è radice Cannæ aduſtæ ʒij. pondere detur.

# APPENDIX

## Continens Regulas & Cautelas, qvæ jam dictis lucem fœnorantur.

I.

CInnabaris vel nativa vel ♁lis, in nonnullis febribus malignis, qvæ ſero coagulum minantur, optimum eſt Bezoardicorum Mineralium acceſſorium, non tamen primarium, cui ſoli tutò confidere poſſis

II. Cin-

II. Cinnabaris nativa inprimis ☿io affluentiſſima vim qvoqve habet laxativam, qvæ in ſymptomaticis nonnullarum malignarum fluoribus non ſemper convenit: Hinc etiam

III. In aliis morbis fluidis, ſudoribusqve qvaſi colliqvativis & ichoreſcente ſangvine, cinnabarina cautè uſurpanda.

IV. In Peſte an aliqvid præſtet vel Nativa vel Antimonialis; non otiosè qværi poſſet. Experientia propria & aliena, non tamen ratio deeſt, qvæ affirmat qvæſtionem. Cum Anno 1635. Trux illa peſtis ſæviret, non invenio à qvoqvam uſurpatam fuiſſe. Nec Sennertus, nec Diemerbroeckius de peſte Noviomageſi, nec Gieslerus de peſte Brunſvicenſi, nec alii ut Kircherus, Flaminig, Caſt. Parent. &c. utriusqve cinnabaris mentionem faciunt. Certè putredini animatæ ſi ſuus conſtet honos, ſive ut cauſæ nonnunqvam, ſive ut producto, non planè nullam ſuppleret paginam cinnabaris ☿. ſuo gaudens, qvi vermibus tàm eſt infeſtus, ſi radios ſuos è ventriculo & clauſtris 🜍reis in longinqviorẽ ſangvinẽ laticemq;

ſeroſum emittere velit, qvam qvidem irradiationem etiam in ☿rio à🜍reis compedibus libero negat Hofmannus clave pharmac. p. 260. Hujus tamen lineæ epicriticæ omnes ferè & ſingulæ circa determinatam ſic, negatamq; ab eo actionem indiſtans ☿ii anthelminthicam novâ verioriqve indigent epicriſi, qvam non addimus. Id tantum dicimus eſſe notabile, qvod narrat Beguinus de incolis pagi Idriæ, ubi ☿ vivus effoditur, qvod, qvamvis in viciniâ Idriæ ſingulis ferè annis Lues peſtifera graſſetur, ipſe pagus tamen ab eá liber nunqvam non manere ſoleat. Tyr. chem. p. 258. Sed objicis fortè, à ☿io ſoluto, vivo & ſui juris adligatum in cinnabari non benè concluditur; Sangvis verminans in peſte nõ poteſt radiare radiis ☿rialibus cinnabarinis, qvos 🜍 detinet, medicina qvoqve & pars affecta nimio ſpacio diſtant. Dico ego, ſi viſcoſum & longinqvum ſerum fluxile reddit cinnabaris in ſtomacho deliteſcens, vi inſitâ ☿riali, qvam nullum tardat 🜍. cur non in vermium qvoqve diverſorium penetrare poſſet, ſi verminatio hæc peſtẽ vel produceret vel nutriret, ubicunqve nidum con-

ſtru-

ſtruxiſſet. Ad hæc, cinnabarina ſanè ſyſtaſin ſangvinis & ſeri certo modo fovent, qvę qvò magis à ſe degenerat, eò majorem infert, cur non etiam peſtiferam? Malignitatem, qvam præcaverent ſic cinnabarina & curarent, tanqvam Mercurium participantia, qvi omnis corruptionis divinus & ferè omnipræſens eſt averruncus.

V. Variolæ, morbilli, Febres petechiales, (ut adhuc ſemel malignarum mentionem faciam) & Hungaricæ cinnabaris acceſſum commodè ferunt, ſi circa ſtatum & declinationem cum pulveribus abſorbentibus cordialibus detur. Nec in principio omitti poteſt, præſertim ſi convulſivi qvid appareat. Dixi, qvod in febrium petechialium optimè proſit. In hujus rei teſtimonium afferam, qvæ ante aliqvot annos obſervavi in homine qvodam mercuriali juvene, Vogelio Islebienſi, is febre malignâ, qvæ vetulam matrem, germanum fratrem cum uxore juvenili, hujusqve parentem ſub aliorum Medicorũ Therapiâ tempore aliqvô antè peremit, per 14. dies decubuerat, & ventriculum ſuum multifariis mixturis,

 emul-

emulſionibus, julepis, decoctis hordeatis, ⌒bus ⊖inis, ⊕licis pulveribusqve variis impleverat, levamentum verò ne puſillum qvidem febris exinde nanciſcebatur. Tandem ad me itur. Viſebam hominem & deprehendebam totum convulſivum, ita ut vix pulsûs dignotionem admitterent perpetuò ſe invicem excipientes tremuli illi tractus, oculi cavi erant, torvi, & omnis ferè facies in Hippocraticam inclinabat, algebatqve corpus. Huic dedi ſtatim eodemqve die bis cinnabarin nativam cum præcipitantibus qvibusdam, &, mirandum dictu, ſeqventi die, dum iterum viſo, totum corpus qvietiſſimum erat, ſomnusqve ſvaviter præteritâ nocte ſubrepens omnia in meliorem ſtatum & ſpem redegerat. Cumqve alvo valde adſtrictâ eſſet, pulveres 2. Ex aloës viol. & ☿ ⊕to ā gr. viij. dedi, ut alter ſtatim ſumatur, alter circa veſperuginem, aut ſubſeqventi die. Priore pulvere adſumto vomitus materiæ viſcidæ & teterrimæ per accidens contingebant, & alvus copioſiſſimè ſolvebatur, utrumqve cum ingenti euphoriâ, & adſtantium

tium magno applauſu ; Poſterior pulvis eodem modo & vomitus excitabat, & alvum copiosè ſolvebat magnâ iterum cum euphoriâ; Tertium, qvem tentavi, nulla ſeqvebatur excretio , ſed qvædam qvaſi cardialgia , qvam ſopivi , curam verò eſſentia meâ confortante balſamicâ abſolvi , hisqve pauciſſimis Ægrum per Dei gratiam,ab omnibus prognoſtico relictum , in priſtinam integerrimamqve ſanitatem reſtitui , & reportato præmio ab eô diſceſſi.

VI. Deliria in febribus malignis uſus cinnabriorum raró vel nunqvam mitigant , ſed perſtant hæc. Faber qvidem cinnab. Antimonium ad ʒß. dedit per qvatriduum in phrenitide pleuritidi ſuperveniente & die 9. ſe exerente , primaqve ſtatim doſi Æger ad ſe rediit. Sed hæc remiſſio non tàm cinnabari , qvam ⊖i volatili adjuncto adſcribenda eſt , qvamvis & phrenitidis hujus ſympathicæ alia ſit ratio, qvàm delirii in febribus malignis.

VII. Caduci idiopathici & confirmati rarius eſt remedium rhizotomum ut morbi, Paroxyſmos tamen tollit freqventius, & protelat. Hinc Elogia abſoluta illa Hartmanni, Hofmanni, (Meth. med.) Qvercetani, Mynſichti, aliorumqve praxis oculatior non confirmat.

VIII. In epilepſiâ hæreditariâ fatetur Angelus catal. Med. ſpag. nil præſtare.

IX. In ſympathicâ inprimis in ventriculo ſtabulante, etiam puſionum, à coagulato & mucilaginoſo, aliterve affecto lacte materno plus efficit: In remotioribus verò partibus hoſpitante eâ, paucarum virium eſt.

X. Dedi ante aliqvot annos cinnabarin nativam præparatã vice toties repetita inveni cuidam 20. annorum cujus nomen honoris gratia taceo, cui aura maligna è digito majori pedis aſcendens, perqve infimum & medium ventrem repens, incredibilem cordis anxietatem, pòſt paroxyſmum epilepticum ſæpiſſimè induxerat, ſed ſine euphoriâ. Purgantibus per epicraſin, ſudoriferis volatilibus, aliis anodynis & opiatis rem aggreſſus ſum, ſed itidem ſpes perfectæ ſanitatis decollavit,

vit. Tandem veſicatoria in pede aliqvoties à chirurgo noſtro Erneſto Cronio applicata, malum adeò mitigarunt, ut cum ſingulis menſibus horribilis recuneret, paroxyſmus, jam per ſemeſtre ſpacium qvaſi ſopita jacuerit aura, & tremores ac convulſiones illius digiti majoris pedis conqvieverint, in ſenſum tolerabilis & interdum ſaltem contingentis formicationis transmutati. Dum hæc ſcribo, incurrunt in oculos ex improviſo verba D. D. Wedelii, de Medic. Facult. p. 55. Ubi de attrahentibus, ſinapiſmis & veſicantibus agit: In Epilepſia, inqvit, ab aura v. g. ex pede oriunda, utiliſſima ſunt veſicatoria parti mittenti applicata, qvale exemplum refert Trallianus adhibiti cum ſucceſſu hunc in finem lepidii. Apud Heerium item elegans extat obſervatio applicati hunc in uſum butyri ♁ii obſ. 23. p. 275.

XI. In epilepſia puerorum ſeu infantum, & Adultorum Hartmannus ♁lem bis ſingulis ſeptimanis uſurpat in ▽ ſenecionis cum ſudore (ſi modò ſudorem moveant grana illa pauciora) præcedentibus tamen evacuationibus. Mynſichtus pueris ſtatim poſt paroxyſmum præbet. p. 102.

Armam. chem. Sed qvam epilepſiam & hic Exc. Vir intelligat ibi non addit. Sic paſſim circa elogium Medicamentorum polychreſtorum neceſſariæ circumſtantiæ omittuntur, differentiæ morborum, horumqve cauſæ negliguntur, & qvid non? Poteſt verò cinnabaris in utroqve epilepſiæ genere non excluſis tamen aliis æqvè hic valentibus, exhiberi. Mentionem feci no. X. Juvenis cujusdam epilepſiâ per conſenſum laborantis, cujus paroxyſmus ſingulis tantùm menſibus recurrebat, exantlato verò paroxyſmi labore multùm materiæ viſcidæ & pituitoſæ per ſcreatum ejiciebat, ſomno dein laſſus obruebatur. Proinde dedi ſemper ſtatimqve poſt paroxyſmum ⁓. meum volatilem armoniacalem ut naturæ motus in extirpatione producti epileptici ſeu materiæ viſcidæ juvetur, & hæc ipſa incidatur, non neglectâ cinnabari, qvæ novum ſi poſſibile ſit, paroxyſmum præcaveat, & genus nervoſum roboret.

XII. Paracelſus ad ▽ fortes deſtillandas adhibet etiam cinnabarin, V. L. de Tranſm. Metall. Sed cui bono? Neqve enim

enim fortis illa ▽ aggreditur cinnabarin, uti ſæpius hujus rei experimentum feci. Nulla hic digeſtio ſolvit cinnabarin, ſed tantùm rubicundiorem in fundo efficit, adeò miraculosè latet hic Mercurius vivus, qvem aliàs ſtatim corrodit & devorat ▽. fortis. Poſito autem △ ſolvere repagula cinnabarina, ut 🜍 in ▽m abeat, & Mercurius à ⊖ibus corroſivis in deſtill. ▽. fortis corrodatur, qvales inde dapes, fient & qvæ ▽æ prærogativa accreſcet?

XIII. Ungvento, qvô ſtrumas exulceratas curat, miſcet Poterius qvoqve cinnabarin V. cent. 2. p. 126. 127. curat. 28.

XIV. Miſcetur qvoqve cuidam emplaſtro ♄ino, de ſpermate ranarum, ungventis dyſepuloticis cæteris, elegans inde color & effectus provenit, qvæ cauſa fortè eſt, qvod etiam Mynſichtus Armam. chem. p. 495. addat cinnabarin nativam ungvento ſuo medicamentoſo, qvod ingreditur Mercurius ≏tus. Ab uſu interno & externo pathologicô-chemico-therapeutico ad qvalitates cinnabaris pergimus, ut à qvarundam regularum ſole vel parelio porrò illuſtrentur.

XV.

XV. Cinnabaris & obſcuriùs ſeu occulto modo agit, ſedando, & manifeſtiùs ſerum acre & ponticum attemperando, hinc & iis prodeſt, qvi tali non abundant. Vis anodyna & demulcens primaria eſſe videtur, etiam ante ſubſeqvam acrioris ſeri attemperationem.

XVI. Qvalitates primæ in cinnabari hic forſan non adeò attenduntur, ſecundas tertiasve qvis deciſive evolvet in ſubjecto inſipido & qvod omnes volunt (vel aliqvam partem ſaltem) actiones ſtomachi effugiente.

XVII. Cinnabaris nativa non adeò diaphoretica eſt, niſi acceſſoriis aucta ſit, & Ægri diſpoſitio accedat, facilius tamen eò it ♂lis.

XIIX. Vis ſudorifera, licet exaltans tantùm, vis item attemperans, aut præcipitans aut *abſorbens* ſeri acrimoniam qvomodo in cinnabari exiſtere & exeri qveat, cum à calore noſtro non omnino reſolvatur, ſed eodem colore, inſipido forte ſapore (aliter ac martialia abſorbentia, cum tamen qvod abſorbet, etiam ſaporem mutet) & integra ſubſtantia excernatur, operæ precium eſſet impoſterum accuratius

tius perveſtigare. Integram ab infantibus videmus excerni niſi qvidpiam nihilominus hinc ſeparetur, uti v. g. à croco metallorum, pro confectione ♀ emetici, qvi coloratior ſemper relinqvitur.

XIX. Novi à ſaturatiſſima & optima nativa in hypochondriaco qvidem ſubjecto, ad ſputationes illas alias communiter eunte malo, Ptyaliſmum qvaſi qvendam ortum.

XX. Cinnabaris nativæ vigor (an peculiaritate 🜁ris?) remiſſior eſt, fortior ☿lis, fortior adhuc factitia.

XXI. Cinnabaris ☿ii genuina vera an per ſe draſticè purget, non auſim dicere. Dixerat mihi ante aliqvot annos generosꝰ qvidam Vir in Hederſleben Dominus à Marſchalck ſe cinnabarin ☿ii à Deſtillatore qvodam accepiſſe, qvæ ultra ſexagies non ſine violentia κάτω potiſſimùm & interdum ἄνω purgaſſet, & corpus ſuum exercuiſſet; Puto autem hanc non fuiſſe cinnabarin ſed flores ☿ii, aut cinnabarin non fuiſſe rectificatam, non lotam, ſeu à ☿. vitæ adhærente probe liberatam, aut errorem externum commiſſum eſſe; Motumve naturæ in procinctu fuiſſe, ut ſæpe

circa

circa aliorum Medicamentorum uſum contingere videmus. Reſtat, ut modum & tempus, qvo generatur cinnabaris, miſcetur, uſurpatur & adulteratur notis noſtris illuſtremus, & colophonem cinnabriorum Trigæ imponamus.

XXIII. Eundem ferè Proceſſum & ordinem ſervare videtur natura in confectione cinnabaris nativæ, qvam Ars in🝞tione ♁lis & factitiæ, ſi particulæ ☿riales Loca 🜍rea permeant, tunc compede 🜍reo fortè vinciuntur.

XXIV. Solitariè ſumta non officit, cum majori tamen euphoriâ ſumitur additamentis juncta, neqve fundum adeò petit cochlearis, & lingvæ, inprimis cum Magiſteriis miſta plumoſis & optimè unita, qvorum tamen vice fungi poſſunt præparata diu, & ſubtiliſſimè lævigata. Ne qvoqve vulgus eandem colore intenſiore dignoſcat, proinde obtegenda eſt his aliisqve præcipitantibus & abſorbentibus, qvalia ſunt ♂ 🜍tus, ocul. ♋. corall. mat. perl. CC. ph. &c.

XXV. Olea deſtillata omitti poſſunt in exæſtuantioribus ſubjectis, vel mor-

bis,

bis,unica tamen guttula ℴ°ℴ cinn. caryoph. ob fragrantiam non nocebit, ſi affectus ita poſtulet.

XXVI. Purgantibus infantum cum CC. ph. addere ſoleo, ubi vermes, lac viſcoſum & ab hoc inſultus epileptici peccant, nec infantum ſolùm ſed hypochondriacorum, hyſtericarum, aliorumqve. Abuſus verò eſt in omnibus affectibus eandem citra indicationem adhibere, commiſcere, qvamvis non adeò noceat.

XXVII. ⊖ia volatilia cinnabarinis optimè adjungi poſſunt, niſi Ægri ſint delicati, vel nauſeabundi, aut infantes ab hâc mixturâ abhorreant, ut ea proinde alia horâ aliisqve vehiculis meliùs ſocientur.

XXVIII. Genuina Doſis cinnabaris nativæ ultra ℈ß. non extendenda, Antimonialis & factitia vulgaris purior non ultra gr. IV. & vj. Faber tamen Curat. x. de Pleurit. Antimonialem qvater ad ʒß. dedit, cum euphoriâ, ut ſupra diximus. Novi Medicum celebrem, qvi Antimonialem ſæpiſſimè rectificatam ſemper

ad

ad gr. xv. cum ocul. ♋. Ægris exhibet, Granum I. Anniculis vel bimeſtribus & ſemeſtribus ſufficit, ſi verò ultra granum adſcendatur, non ſtatim noxa hinc ſeqvetur, qvia ventriculus ipſorum lacte turgidus à plurimis particulis non attingitur; Sed dies fortè augebit doſin cinnabaris, qvemadmodum auxit ♁. diaphoretici, qvod ab Excellentiſſimis Medicis magna cum circumſpectione datum novi olim ad gr. vj. vel vij. qvod jam ad ℈j. ʒß. ℈ij., abjecto omni metu, exhibemus, ut de ☿. vivo nil addam.

XXIX. In puſillis continuari uſus cinnabaris poteſt, ſine noxa. In adultis arthritide vaga ſcorbutica laborantibus non per ſeptimanas ſed menſes ſæpius data eſt cum & ſine opio. Ipſe exhibeo interdum pulveres 20. 30. Arthriticis, ex cinnab. nat. opio, ⊖ibus volat, præcipitantibusq; compoſitos circa horã decubitus; niſi neceſſitas aliud tempus determinet, per menſes ſucceſſive aſſumendos, ſumma cum euphoria, non neglectis laxativis debitis.

XXX. Nativa pulveriſata titulo præparatæ qvoqve in officinis venditur, ſed Mini-

Minium ſæpiſſimè ſimul occultat, & hinc fit adulterina, ut Bibliopegi nôrunt qvi cinnabari nativâ in pigmentum redacta margines librorum ornant. Dixit mihi Bibliopegus pronuper, nativam cinnabarin minio miſtam flaveſcentes punctu-ras præbere non intensè rubras, ut nativam puram. Provide ſatiùs eſt, ut ipſe præpares & integra fruſta coëmas, ne fallas & fallaris. Sic finio cinnabarin hâc adulteratione, Deumqve qvæſo, ne permittat, ut invidi cujusdam mordicans calamus adulteret, conſpuat & mordeat laborem noſtrum nō prorſus non laborioſum, niſi velit, ut & ipſum, me qvidem deprecante, mordeat divinum juſtiſſimumqve Numen, qvod malitiosè delinqventi parem infligit pœnam. Abominoſa ſcandalizans & Chriſtiano ſangvine indigna eſt mordicans crena. Corrigi & moneri amicè non renuo, probè ſciens, qvod cujusvis Hominis ſit errare, inſipientis verò in errore perſeverare, addo, inſipientis eſt errantes acerbiùs, duriùs & inhumanius tractare. Proinde pergo ad Corollarium meum magneticum & gratioſum.

# COROLLARIUM GRATIOSUM

## I.

# DE EMPLASTRO MAGNETICO,

Qvod Herniam ſcrotalem curat.

## II.

# DE EMPLASTRO

Obturante Proceſſus Peritonæi, poſt regreſſum inteſtinorum.

# PRÆFATIUNCULA.

QVantum negotii faceſſat ſanioribus Medicis & Chirurgis, operoſa, tradito more, Therapia, ut aliarũ Herniarum, ita qvoqve Herniæ inteſtinalis ſcrotalis, qvotidiana teſtatur experientia; hinc vel Palliata (ſeu medicâ ſed non claſſicâ voce *Palliativa*) vel eventu fruſtranea hîc cura ut plurimùm freqventatur, qvæ tamen tędium non ſimplex laborum, qverelarum & ſpeculationum cum Ægris, tùm Medicis movet. Proinde operæ precium facturum & ſpecimen non vulgare charitatis Chriſtianæ editurum puto eum, qvi modum qvendam citò, tutò, & jucundè omnem inteſtinalem ſcrotoqve incarceratam Herniam radicitùs curandi proponere animum inducat ſuum. Cum itaqve ex freqventi olim converſatione conſtet mihi emplaſtrum magneticum Excell. Frid. Hofmanni, qvod hanc Herniæ ſpeciem miraculosè curavit non unâ vice, lubet hujus emplaſtri apographen ex MSC. cum curioſis

Practicis communicare, in multorum Ægrorum, ſi Deo qvidem placuerit, non puſillum levamentum. Periculum faciant hi, qvi uberiorem & ampliorem Praxin exercent, & Ægros habent morigeros, an experientia experientiæ reſpondeat. Nobis hîc locorum nondum licuit eſſe tàm beatis & hujus emplaſtri vires vel leniter tentaremus. Nam Ægri noſtri non ſemper faciunt τὰ δεόντα, & rara hic eſt ob calumniantium & immaturè conſulentium malorum Medicorum copiam, Ægrorum conſtantia & patientia, qvorum pleriqve hodie Medicum admittunt & ſuſpiciuut, cras dimittunt & deſpiciunt, niſi ſtatim miracula edat cum Chriſto θαυματέργῳ & lectum tollere jubeat ac ambulare. Cum itaqve aliqvod temporis ſpacium etiam hæc cura hernioſorum per hoc emplaſtrum magneticum retrò traheris & alterum obturans reqviratur, alibi locorum à gratioſis Practicis freqventari poteſt, ubi major eſt, ut dixi, τῶν Νοσεόντων patientia, conſtantia, prudentia, & vehementius recuperandæ ſanitatis deſiderium. Ut verò perſpicuè omnia & ὡς ἐν τύπῳ proponam, I. Transſcri-

ſcribere non pudet, qvæ Exc. D. Frid. Hofmannus Method. med. de hoc emplaſtro magnetico hiſtoricâ fide annotavit & poſteris reliqvit. II. Epiſtolas qvasdam Medici cujusdam veterani & Exc. Hofmanni mutuò ad ſe invicem ſcriptas apponam, qvarum ego αὐτόπτης fui, qvæ emplaſtri hujus naturam, vires & applicandi modum aperiunt. Tum III. ὕστερον πρότερον ſtudio faciens applicandi modo præparationem & genuinam compoſitionem ſubjiciam. IV. Emplaſtrum emplaſtro ſuperaddam, tale ſcilicet, qvod inteſtinis priſtino loco & ſitui reſtitutis proceſſus Peritonæi ruptos obturat, & iteratum inteſtinorum lapſum impedit. V. *Notas qvasdam adjiciam, qvæ ad horum emplaſtrum naturam & operandi Modum* pertinebunt. Anteqvam verò id ordine fiat, nonnullis malevolis & invidis os, dum in emplaſtro obturante ſimul verſamur, amicè obturandum eſt. Hi forte duûm generum erunt: Primi dicent: Mihi non licere ſilenda foris effutire, & alterius Arcana bonâ fide commiſſa in propatulo qvaſi abjicere, inprimis cum adſint, qvi patriſſare & lucri bonum odorem ex

 pater-

paternis inventis qværere & obtinere olim poſſint. His repono; Magnô preciô me redemiſſe hoc emplaſtrum & reliqvas optimorum Medicamentorum deſcriptiones, qvarum mentio fit in opere de Meth. Med. D. Hofmanni, Hodêgi mei qvondam fideliſſimi, & ea qvidem conditione redemiſſe, ut poſt ipſius fata, ſi forte mea præcurrere ſineret divina Pronœa, libera mihi ſit horum omniũ diſpenſatio, & cum aliis communicatio. Cum itaqve jam functus ſit vitâ optimus & στοχαστικώτερος Practicus Hofmannus, tantùm abeſt, ut vetet conſcientia promulgationem bonorum remediorum, ut potius ad eam invitet. Secundi ab his opponent, perlas porcis non eſſe projiciendas, nec Arcana, qvæ poſtmodum qvivis Ciniflo, vel vetula, vel Circumforanei ditioni ſuæ Empiricæ tanqvam regionem adjiciant, propalanda, & toti orbi exponenda eſſe. Sed procul agant hanc invidiam Chriſtiani ſangvinis cohæredes; Nam & ciniflo, & vetula, & circumforaneus, dum hujus forte emplaſtri aliorumve Arcanorum ope proximo decumbenti opem ferunt, gratam Deo & proximo præſtant operam,

qvæ

qvæ ſanè nec impugnanda nec ſufflaminanda eſt, cum Deus mirabilis etiam per abjectiſſimos, & infimæ ſortis olitores nonnunqvã valde opportuna loqvi & operari velit. Qvid? Si Chriſto non fuit religio, omnibus & ſingulis hominibus nefandâ peccati labe adſperſis Arcanum illud æternæ ſanitati recuperandæ maximè conveniens manifeſtare: Qvi credit in Chriſtum & piè vivit, ſalvatur; Cur in corporalibus & temporalibus tàm invidi ſimus, qvi θεανθρώπȣ noſtri veſtigia premere exactè jubemur. Omnis Arcanorum ſuppreſſio biga illâ idololatrica nititur, qvæ dicitur φιλοδοξία & φιλαργυρία. Aut videri & adorari volumus inſtar Numinis, aut aurei luti ſacra fames nos vexat, ſi arcana crepamus & celamus. Abſtrahe ab omnibus objectionibus & exceptionibus hanc larvam, & vide, annon advigilans conſcientia nos compellat communicare cum aliis, qvæ è re bonæ valetudinis vel conſervandæ vel reparandæ fore certò ſcimus; & qvæ Deo nobiſcum communicante poſſides. Qvicqvid jam tempus & experientia circa ſcrutinium ſimplicium & compoſitorum retexit in ſingulis

Regnis naturæ, Arcanum eſt & fuit. Qvæ omnia ſi taceri debuiſſent à primis obſervatoribus, qvid qvæſo cum nobis ageretur, ſi dia fata velint, ut & nos morbis affligamur. Taceo laudabilem morem hodierni Collegii Curioſorum, qvi, qvicqvid ferè Arcanorum habent in ſaniori Pharmaciâ, Therapiâ, & aliis Medicinæ ſyſtematicæ partibus, id omne & nobis & gratioſæ poſteritati Medicæ effundunt, qvod procedente tempore ad medicaſtros qvoq; redundat, ut vel his exemplis charitatis & conſvetudinis incitatus qvis diutius invidiam fovere neqveat. Non autem eundem in finem hæc à me dicta ſunt, ac ſi omnibus promiſcue in Praxin medicam involantibus hanc emplaſtrorum bigam dem, dedicem, horumqve interdum præpoſtera molimina, conſilia, & auxilia, famæ medicæ & bonæ valetudinis qvaſi deleteria, approbem, & hîc pollicem premam, abſit à me hæc connivendi abſurda facilitas; ad neceſſitatem ſaltem, qvæ non legem habet, & urgentem fructificantemq; charitatem, (utramqve divina Clementia ſæpiſſime eventu felici coronat, hinc tot ſpecifica haud omni

tem-

tempore & omni exhibenti ſumentive, ſpecifica) reſpicio; non omninò, aut ubiqve ſpernendam, vel ſufflaminandam; Cæterùm Filiis doctrinæ genuinis primùm omnium ſacrum eſto, qvicqvid candor noſter jam cum publicô communicat. His itaqve prælibatis ordine nunc perſeqvor promiſſam telam.

I.

# Exc. FRIDER. HOFMANN. Med. D. Adminiſtr. Archiepiſc. Magdeb. Medicus p. m.

*Opere de Meth. med. p. 426. ſeqq.*

IN delapſu inteſtinorum in Ingvina vel ſcrotum artificioſa & perita chirurgi manus primùm reqviritur, qvæ inteſtina in priſtinum reducat locum, id qvod fit, dum Æger diductis cruribus ſupinus collocatur, & capiti declivior, coxæ verò ſuperior datur locus. Deinde feces induratæ emolliendæ, & ſi ſummo cum dolore magna qvoqve vel ingvinis vel ſcroti vel utriusqve durities conjuncta fuerit, (i. e. ſi & ſummus dolor & durities ingvinis vel ſcroti, vel utriusqve adſint) ſcrotum & ingven decocto Rad. Alth. Semin. lini, fl. meſil. lut. ante erit fovendum, ut ita faciliùs inteſtina regantur (tractentur.) Hæc omnia compendiosè ſupplet *emplaſtrum meum magneticum*, licet & ipſa Iliaca Paſſio unà adſit, propriâ experientiâ à me deprehenſum, inqve pluribus diverſæ ætatis, conſtitutionis & ſexus ſubjectis, eodem etiam malo, plures per

vices

vices ad deſperationem usqve aliorum recurrente, multoties non ſine fructu probatum, qvod ſatis dilaudare neqveo. Lumbis applicatum tormina juxta ſopiendo ventris atrociſſima, intorta, dislocata & incarcerata in ſcroto inteſtina, qvamprimùm incaluerit in priſtinam transfert abdominis ſedem, ipſis etiam Ægrotis non qvidem ſine moleſtiâ vim ejus attractivam animadvertentibus. Qvâ autem ratione hoc fiat, utrum eâ, qvâ magnes ferrum, ſuccinum paleas attrahit, ungventum comitiſſæ fœtum imbecillem retinet, pingvedo leporis ſpicula cuti infixa extrahit &c. an aliô modô contingat, nihil certi determinare volo; Res ipſa certa eſt, licet modum rei ignoremus. Tenenda eſt res ipſa, non autem propter rationes eſt evertenda. Referre non pudet, qvid Anno 1664. d. 28. Decemb. hîc loci acciderit Ducali cuidam cubiculario, Dno. Chriſtophoro Heidenio: Hic in herniam inteſtinalem incarceratam in ſcroto, cum ſtercoris vomitibus, obſtructionibus alvinis, torminibus ventris, ſingultibus &c. incidit. Elapſo ſextiduô in conſilium vocor. Examinatis ante à D.D. Keilin-

lingio p. m. & noſtro chirurgo adhibitis clyſteribus emollientibus,& humectantibus, inſeſſibus, inunctionibus & aliis è re nata tentatis remediis, teſtor, nihil omisſum fuiſſe, qvod reſtitutioni in integrum plenæve ſanitati recuperandæ ſufficere videretur, ſed qvàm operoſæ, imò impoſſibiles inteſtinorum in abdominis cavitatem per hæc mediâ, ut & manualem operationem ſint Repoſitiones, tot lugubria exempla teſtantur, & in demortuis ἀυτοψιά. Illuſtris & Strenuus Heinricus ab Hesler herniam inteſtinalem, teſte Excell. Rolfincio, qvam aliqvot annorum curriculo clam habens, ſine ſubligaculo geſtaverat, in ſcrotum profundiùs cum impegeſſet, tuſſi aridâ moleſtiſſimâ correptus, repoſitionis ſpes omnis poſtqvam decollata eſſet (decollaſſet) vomitibus nigris apparentibus, brevi animam Conditori reddidit. Cum corpus ad pollincturam aperiretur, incuneatio tàm valida advertebatur, ut calente fere adhuc cadavere, manu prolapſa cum portione omenti inteſtina jam inflammata retrahi vix è ſcroto potuerint. Uſus clyſterum, inſeſſuum, inunctionum, non cauſam morbi, ſed ſym-

ſymptomata ſaltem reſpiciens Herculeo huic malo extirpando admodum impar eſt. Qvæ cauſa etiam eſt, qvod dicta præſidia ſuos ſæpe deſerant Auctores , ut Ægrotos poſtmodum Prognoſtico cogantur relinqvere. Proximam ( propiorem ) curationis attingit metam , qvi dislocationem , & prolapſum inteſtinorum in Scrotum corrigere novit. Ego verò id Deum teſtor, emplaſtrum, cujus ſupra mentionem feci , eſſe illud ipſum, qvod antea nominati Ducalis cubicularii inteſtina convoluta in ſcroto incarcerata in priſtinum repoſuit locum. Nam qvamprimùm d. 2. Januar. Anno milleſimô, ſexcenteſimò, ſexageſimo qvinto hocce emplaſtrum ipſius lumbis circa horam noctis nonam fuit applicatum , vix dimidio horulæ elapſo ſpatio, tantum exercuit tractum, ut præ cordis angoribus, & levibus Lipothymiis, niſi adſtantes alii Aulici Miniſtri , qvi tùm excubias agebant , generoſam emplaſtri virtutem ipſis qvaſi manibus palpaſſent ( & patientiæ calcar addidiſſent ) vi abrumpere Æger tantùm non commoveretur ; donec ipſe ſalutarem ex tractione εὐφορίαν tandem perceperit :

perit: ſagende: Wie kuldteſt! eô qvod inteſtina ſenſim in abdominis cavitatem ſerpendo retrocedere ſentiret. Dum hæc ita peragerentur, loco vini meri, id qvod divinus ſenex inculcat, aliorum confortantium internus & externus Cordialium uſus non fuit poſthabitus. Hiſce per aliqvot horas continuatis optima recuperandæ valetudinis affulſit ſpes, dum boni volvuli hujus in ſecuti fuere exitus, qvos Hipp. Epid. L. 2. ſ. 6. in comm. Valleſ. recenſet p. 223. Scilicet ſomnus, laſſitudo, & Diarrhæa, qvæ ex fecibus conſtabat nigris gangrænam minitantibus. Ad Oeſophagi tandem & faucium aſperitatem & læſionem ex ſtercoris & aliorum humorum acrium tranſitu ortam, profuere lenientia mucilaginoſa, & putredini reſiſtentia; ſterno dolenti emplaſtrum oxycroceum levamen attulit; & ſic divinâ favente gratiâ præter omnium expectationem tùm temporis ex Acheruſiâ qvaſi palude liberatus eſt hic Æger. Sed qvid fit? Ne de hujus emplaſtri virtute ab aliis frivolè & temerè ſatis impugnatâ & in dubium vocatâ ullus amplius dubitare jure qveat, ecce idẽ Hernioſus, cum Anno 1665. d. 19.

d. 19. Junii Herniam ſuam ſine ſubligaculo geſtaſſet, pro nuper è thermis Carolinis redux, cui Malo ▽æ iſtæ minerales forſan non parum adminiculi ſuggeſſerant, in idem malum, ſed aliis comitatum ſymptomatibus incidit; Ille illicò, cum per biduum ego peregrè profectus (eſſem,) idem etiam emplaſtrum, qvod domi habeo ſemper in promtu, adferri juſſit, lumbis ut denuo imponeret; Hoc qvidem ſuam iterum exercuit vim, ut antea, attractivam, ſed irritô conatu. Ego elapsô jamdum biduô domum revertens illicò ad Ægrotum accerſitus ultrò citroqve habito mentis diſcurſu deveni tandem ad impediti effectus cauſam, qvæ 1. fuit vis emplaſtri veteris exantlata, 2. Doſis ejus tanto malo denuò expugnando in æqvalis, & 3. Nova ſyndrome morborum & ſymptomatum, qvalia præter obſtructiones alvinas & urinarias, vomitus ſtercorum & tormina ventris fuerunt ſumma virium diminutio, Dyſpnœa, Nephritis, Ἐμφύσημα Ventriculi, cum incipiente tympanitide &c. cui Hydræ lerneæ expugnandæ Hercules etiam fortiſſimus labefactari potuiſſet. Qvid hîc erat agendum?

dum? Ego ſepoſitâ omnium horum affectuum medelá primùm iterum aggreſſus ſum dislocationem & prolapſum inteſtinorum in ſcrotum, absqve hoc enim ſi fuiſſet, reliqva non inſecuta fuiſſent ſymptomata. Emplaſtro meo renovato, & doſi ejusdem auctâ priſtinam repetii curam ſemeſtrem, qvæ ſane licet ob dicta mala lentè qvodam̃odo ſuccederet, tantũ tamẽ iterum cum Deo profecit, ut levibus aliis juxta adhibitis inteſtinorũ intortio, & dislocatio probè fuerit correcta, ſubligaculis tamen ſemper coërcenda, licet reliqvorum ſymptomatum curatio aliqvod adhuc temporis & laboris diſpendium hactenus reqviſiverint. Qvæ magnam qvoqve partem fuere ſublata, ut per ſemeſtre ſpacium actiones tùm animales, tùm vitales, tùm naturales probè obire potuerit, donec Anno 1666. d. 4. Maij horâ 1. pom. modò dictus Ducalis Cameræ Miniſter lethalem (mortis) metam attigerit, ſuperveniente ex lapſu prono in terrono vaſis cujusdam rupturâ, in ſcroto, cui rupturæ ſcrotali Henriâ denuò ſuperveniente, vitâ functus eſt: Cùm corpus ad inſpectionem aperiretur, obſervavi pro-

vi prolapſum inteſtini Ilei intorti in ſcrotum, cum dilatatione externæ tunicæ peritonæi, & internæ ruptæ, & dilaceratæ. Inteſtina inflata cum Peritonæo, Omento, & Meſenterio erant inflammata, & tantùm non gangrænoſa ob circulationem ſangvinis impeditam, & ♌ vitalis oppreſſionem. Veſicula fellis erat inſtar ovi anſerini in magnitudine. Ad ſcroti ſectionem menſurâ una & circiter ſeri cruenti effluxit. Conſtitutio Hepatis & Lienis mediocris. Ren dexter minor fuit ſiniſtro. Hæc erat interna infimæ Cavitatis facies; Ulteriorem cultri progreſſum adſtantes impediverunt Cognati & Amici: Reliqvum eſt ut hujus emplaſtri compoſitionem ex chriſtianâ charitate cum lectore communicem, & certè lubens hoc facerem, niſi me hactenus qvorundam contradicendi & objurgandi audacia retraxiſſet; Fiet tamen, ſi dignum, benevolum & gratum aliqvem offendero. Qvando inteſtina in ſuum locum jam reſtituta ſunt, qva ratione porrò te gerere debeas, ut locus affectus adſtringentibus probe muniatur & de ſubligaculis affabrè factis faſciisq; artificiosè concinnatis ipſi

L pro-

proſpiciatur vid. l. c. Hofm. p. 430. & infrà de emplaſtro proceſſus Peritonæi obturante.

II.

## Epiſtolæ Medici cujusdam Veterani & D. Frid. Hofmanni ad ſe invicem ſcriptæ.

*Epiſtola 1. ad D. Hofmann.*

PP. Ignoſce, ſi forſan harum literarum importunitate tuas Muſas perturbare, atqve earum oculos in ignoti cujusdam avertere epiſtolam auſus fuerim. Licet enim à facie mihi non ſis notus: Tamen ſtricturæ mentis tuæ, qvæ in abſolutiſſimo Opere de methodo medendi emicant, magneticâ qvâdam vi animum meum in tui admirationem rapuerunt, ut nihil antiqvius eſſe putẽ, qvàm pudore tanqvam noxio ſudore deterſo, favoris tui ambire gratiam. Solennis hæc qvidem audacia eſt, cujus tamen veniam ab Humanitate tua ſpero; Qvia nunqvam eò deveniſſem ambitionis, niſi ex aureo tuo ſcripto, illud legendo & perlegendo hujus fomitẽ traxiſſem. Cum enim fervidâ animi con-

contentione in tractatu tuo, à D. D. Joh. Michaëlis famigeratiſſimo qvondam Practico Lipſiẽſi tantopere commendato, theſaurũ precioſiſſimũ colligerem, plurimis qvidem divitiis curtam meam illuſtravi ſuppellectilem, nihilo minus tamen majori animus meus flagrat æſtu, ut etiam illorum Medicamentorum, qvorum catalogo ſub finem Præfationis ſalivam lectoribus moves, ſplendore coruſcet. Præ cæteris autem Emplaſtrum Magneticum, qvod eorum agmen claudit, inter deſideria mea familiã ducit. Nec diffiteor, me per XXX. Annos Medicinam qvidem practicam per △, cœteraqve ſacra coluiſſe, ſed nunqvam hujus voti compotem redditum jam edoctum eſſe, Rhumelianam, aliorumqve magneticæ curationis herniarum methodum à tuâ teſte veritate toto cœlo errare. Qvis enim emplaſtri hujus virtutes, qvas L. 1. cap. XIX. p. 330. & L. 2. cap. 2. de part. cur. p. 427. 28. 29. hiſtoricâ fide adumbras, ſatis deprædicare qveat? Unde evenit, ut ipſa fama his gravida Generoſiſſimo cuidam Viro Herniá Inteſtinali laboranti ſe ſtiterit, atqve

firmam à tuâ dexteritate ſalutem ſperare juſſerit. Qvi rerum ſuarum anxius me accerſitum juſſit, ut ipſius ſymptomatis hiſtoriam tibi per literas traderem, atqve ſi ſpes reſtitutionis, qvam tuâ experientia validam demonſtravi, affulgeret, tuum conſilium atq; emplaſtri magnetici ſpem provocarem. Ego officii mei ſatagens lætus hanc provinciam ſuſcepi, atqve has literas, ut ejus meoq; deſiderio velificarer, ad te V. Exper. dedi. Hiſtoria autem prædicti affectus hæc eſt:

Magnificus ille Vir jam qvinqvagenarius ante qvinqvennium ex ſcorbutici affectus reliqviis, ut D. D. Dravvitzius annotavit, tumorem qvendam in ſcroto contraxit, qvem ut inhiberet, conſuluit qvorundam chirurgorum operam, qvi faſciis hunc comprimere ſatagentes, eas rudi Minervâ conſutas in uſum vocarunt. Unde mali originem cum mihi enarraret, ſimul efflagitavit, ut ne ipſi deeſſe vellem. Ego ſubligaculum aliud prioribus remotis ex arte ſecundum feliciſſimum Plateirum aliosq; ſummos Practicos concinnatum ſubſtituo; Cujus etiam benigniorem per aliqvot annos expertus eſt operam.

Et

Et licet malum non proſerpat, tamen ſibi metuens à ſymptomatibus, qvæ ex hâc hydra, vergentibus annis propullulare ſolent, tuum magneticum me pronubo ambit auxilium. Ut itaqve officio defungar, candidum tuum pectus meis ſolicito precibus, ut ære ſoluto hujus emplaſtri globulum inMagnifici Viri ſolatium & ſalutem transmittere non graveris. Mentionem qvoqve cujusdam Viri peregrè à te habitantis L. 1. cap. 19. p. 322. facis, qvi Herniam Inteſtinalẽ in provectioris ætatis hominibus ſine ullâ manus operâ feliciter emplaſtro qvodam reſtituat, cujus virtute circa foramen Proceſſus aliqvid calloſi generetur, qvod inteſtinorum prolapſum prohibeat. Hujus ſi compotes eſſe liceret, in ſinu gauderemus. Ut enim tuum lumbis applicatum extuberantem inteſtinorum partem in ſitum reducet naturalem, ita hoc reductam calloſo qvaſi qvodam frenô loco Peritonæi ſcorbuticis ⊖ibus corrupti intra cancellos legitimos coërcebit, ne iterum exorbitare qveat. Qvod ſi ſidus aliqvod benignius precibus meis affulſerit, ut & tuum, & prælaudati Viri emplaſtrum deoſculari li-

 ceat;

ceat, grandem inires gratiam, qvam fideli perpetui officii colerem memoriâ. Interim tamen vicem Ægrotorum vehementer doleo, qvod qvorundam contradicendi & objurgandi audacia te retraxerit, qvò minus tui emplaſtri compoſitionem ex Chriſtianâ charitate cupidiſſimo communicaveris lectori; ſed ſolenne optimum Medicorum fatum eſt, ut labores eorum à bubonibus theonino arrodantur dente. Verum ut morſus eorum absqve ulla vulneris ſuſpicione apud illos hærenti, qvibus melior naturæ cognitio atqve major inventorum æſtimatio, ita ejusmodi heroës impenetrabiles ſunt calumniarum labe, qvam ſtygii illi leones ſincerioribus ingeniis affricare totis nervis ſtudent. Sed Dii meliora! Humanitas enim, qvæ tota pectus tuum occupavit, cum dignis, benevolis & gratis in pr. ſub fin. & L. 2. c. 2. p. 439. genuinam hujus deſcriptionem offerat, ſpem qvoqve foveo, me ſi non dignum, tamen gratum hanc benevolentiam blanda officiorum vi extorſurum. Sed manum de tabula, ne longiori ſermone modeſtiam & patientiam tuam conſumam. Atqve ut tui admiratio-

tionem in me accenſam ſincero mei amore favore digneris, etiam atqve etiam rogo. Vale faveqve

Dabam Straleſundi Calend. Octob.
Ao. Chriſti 1669.

*Tui nominis ſtudioſiſſimo.*

B. H.

II.

## Epiſtola ad D. HOFMANN.

PP. Alteras ad te V. E. conſcripſeram literas, tabellario jam jam tradendas, cum tuæ precibus meis benignè annuentes ſtylum verterent, meqve gratiarum (dicendarum) pro transmiſſis emplaſtris admonerent, qvas ſincero, lætoqve pectore Exc. T. offero, animo meo non parum gratulatus, qvod me in faciles tui amoris amplexus ruere, ruptisqve ſaltuum, nemorum, fluminumqve intervallis, ſvaviſſimo tuo per literas frui liceat colloqvio; Ne autem error in applicando committi poſſit, officioſiſſimè te invito, ut legitimum emplaſtrorum uſum nobis explicare, atqve Viri illius Magnifici

atqve Generoſiſſimi ſalute ulterius velificari non dubites. Nos ſtrenuam daturi ſumus operam, ne te hujus laboris pœnitere poſſit. Cujus ut voti hujus compotes reddamur, enixè peto, ut per literas ſignificare velis, per qvem Mercurialem hominem Lipſia ſoſtrum tibi tutò offerri poſſit. Qvas cum obtinuero per reſponſorias tibi precium emplaſtrorum & conſilii de uſu, applicandi modo, aliisqve circumſtantiis, in his obſervandis, qvod propediem expecto, liberali ſolvetur manu. Qvod autem Arcana tua, mea reciprocando, generoſa mente mihi offeras, gratias qvidem ago maximas, lubentiſſimeqve meo indulgerem genio, niſi vererer, ne ſacra noſtra per tot viarum anfractus & hiatus periculum naufragii, ut ita dicam, incurrere, atqve ab illotis piceisqve manibus profanari qveant. Cui ſuſpicioni vola ſola mederi poteſt Steganographia, qva mediante mutæ literæ nobis loqventur aliorumqve procaces oculos fallent & animos. Qvod conſilium non ſemel in uſum à me vocatum ſi tibi arriſerit, clavem qvandam ejusmodi ſcripturæ adornes qvæſo, & transmittas. Qvædam

adhuc

adhuc de Remedio Riveniano contra qvartanam, qvam tuo emplaſtro magnetico curas, dicenda eſſent, tamen temporis anguſtia manum de tabulâ movet, alterisqve literis hanc diſſertationem reſervare jubet. Veniam itaqve à tuâ humanitate ſpero, qvod ob tabellarii feſtinationem filum proſeqvi non liceat, qvi poſt ſeptennes labores illud febrifugum inventum intra 4. annos pluribus qvàm 50. Qvartanariis ſalutare fuiſſe, feriò affirmare poſſum.

Dabam Straleſ. 21. Dec.
1669.

*Vale T. Excell. addict.*

B. H.

III.

## D. HOFM. Epiſtola ad D.B.H.

PP. NUperrimis meis V. E. viciſſitudinem reddidiſti; Pro qvâ tibi vicem ſermonis referens æqva tua poſtulata, qvantum potui, ocyùs implevi. Et cum Medicamenta legitimo uſu adhibita ſint inſtar gladii in manu athletæ ſolertiſſimi, eandem hoc meorum emplaſtrorum lau-

dem feret, accedente legitimâ eorum adminiſtratione. Ne igitur error in iis applicandis committi poſſit, precibus tuis annuens genuinum emplaſtrorum uſum chartæ huic inarare libuit, Viri illius Magnif. Generoſiſſimiq; ſaluti velificando. Qvoad emplaſtrum magneticum, ut Inteſtina prolapſa & incarcerata naturalem ſuum captare poſſint locum, & in illo maneant, ſive in Iliacâ paſſione ex Herniâ orta, aut in ſimplici Rupturâ lumbis in der Dünnen hinten/ illud ipſum priùs ℴℴ amygd. d. oblitũ absq; ſindone per horulæ ſpaciũ erit imponendũ, vel ultra, intra qvod tempus dislocata inteſtina ad ſedem reponet priſtinam ſenſu qvodam tractivo. Et ſi evenit, ut malum ſit inveteratum, aut inteſtinorum feces admodum induratæ, flatibus intermiſtis, emollientia fomenta tepida ſuccenturiatu adſint, donec ingrediantur. Qvô facto Rec. Emplaſtr. obturantis contra Hern. præſ. ℥j. vel ℥ij. extende ſuper alutâ in formâ orbiculari, & applica Proceſſus Peritonæi laxato vel rupto, deſuper ponendo vel circumligando ſubligaculum, comprimendo faſciâ linea qvadruplici.

Pri-

Primis diebus 8. maneat patiens ſupinus in lecto & renovetur emplaſtrum alternis diebus. Reliqvis diebus poterit paululum deambulare, & ſufficiet, ſi poſtmodum ſingulis ſeptimanis renovetur emplaſtrũ. Si ruptura fuerit recens, intra 6. ſeptimanas, ſi vetus intra medium annum tota confummabitur Cura. &c. Hiſce vale & amantem, ſi meretur, redamare perge

F. H. D.

IV.

## Epiſtola D. B. H. ad D. Hoſm.

PP. EPiſtolam meam læto auſpicor omine, tibiqve ſalutem felicemqve annum mitto. &c. Ad uſum itaqve emplaſtrorum tuorum ſtylum verto, tibiqve grandem ſcribo gratiam, qvod eum nobis detegere & delineare volueris. Pro Medicamentis qvidem & in Arrhabonem literis hiſce incluſi, ad Dn. Cr. transmittuntur 'imperiales; qvibustamen grati-animi officia non abſolvuntur, ſed ſi vota noſtra tuis V. E. elogiis reſponderint(ſi elogia tua votis noſtris reſponderint,)Magni-

gnifici illius Viri affectus benè de te demerendi evadet promtior. Qvi cum publicis curis plus ſatis jam diſtrictus Magnetiś tui vires Verno tempore, qvô ♉ Macrocoſmicus cum Microcoſmo genialem renovat amicitiam, in ſui ſalutem provocare conſtituit. Ne igitur Medicamenti hujus Energia infelicis in applicando uſus infamiâ enervetur, per literas ſignificares vellem, num illa methodus, qvam calamus tuus in prioribus adumbravit, eandem laudem, qvam hiſtorica fides emplaſtro debet, tibi promittat. Sin verò qvædam adhuc in adhibendo fuerint admonenda, proximis annunciare non ſuperſederis, qvò feliciorem ex eô ſperare poſſimus eventum. De febrifugo Riveriano, cujus mentio in prioribus facta, multa proferuntur; Sed nemo eorum, ni mihi abblandiar, certam & veram ejus protulit prolem. Clariſſimus Rolfincius qvidem Chem. ſua in Art. from. red. & Ampliſſimus J. D. Horſt. Phyſ. Francofurtenſis, (ita ex recenti editione Schröderianæ Pharmacopææ auguror,) in noviſſimis Riverii operibus, qvæ Commentariolis illuſtravit, multùm, qvod pace tan-

torum

torum Virorum dictum ſit, aberrare videntur à genuinâ ejus deſcriptione. An meum tuo V. Exper. de hoc alexipyreto Judicium ambigo. Puto enim ex ipſis fontibus hoc Ænigma poſſe reſolvi. Nec ſpe adeò incerta hæc profero, qvi plures qvartanâ fermentatione laborantes meo Riveriano absqve ullâ recidivâ reſtituerim, qvàm Auctor noſter in ſuis obſervationibus divulgavit. Clariùs qvidem ſcriberem, ſed deſiderata Hieroglyphicarum literarum Clave deſtitutus meam mentem tot viarum, fluminum, anfractuumve periculis exponere vereor. Sed ad Magnetem tuum, cujus Virtus an aëris temporisqve omnium edacis injuriis ſit expoſita, numqve in cæteris Herniarum ſpeciebus, ut Omphalocele, Sarcocele &c. auxiliatricem manum afferat, avidè ſcirem, ut eadem integrâ permanente Hernioſi noſtri ſaluti, & ſi qvoqve cæteras affines edomare poſſit affectus, nomini tuo certiorem operam locare poſſem, ſpero itaqve te primis diebus ſententiam tuam per literas mihi aperturum, qvi ſincero affectu te tuamqve humani-

tatem

tatem veneror. Vale, imò fruere ſalute & Anno.

Dabam Straleſ. 29. Jan. 1670.

*Exc. T. addictiſſ.*

B. H. D.

NB. Reſponſionem adhæc dubia vide ſupra Nō. 1.

III.

## Deſcriptio Emplaſtri Magnetici Ex MSC. D. Hofmanni.

*Rec. Gummi ſagapeni*
*ammoniaci.*
*galbani ā. ℥ß ʒij.*
*Terebinth.*
*Ceræ Virg. ā ʒv.*
*Magnet. arſenic. ʒiij*
*radic. Ari ℥j.*

Gummata diſſolvantur + ſqvill. & coqve in Form. Emplaſtri, poſtea additis reliqvis ſpeciebus f. Empl. extende ſuper alut. ſine ſynd. r. in uſu ꝏ amygd. illinatur.

Hoc

Hoc emplaſtrum præterqvam qvod obſtructiones lienis tollat, ut in Qvartanâ cum fructu applicari poſſit ſiniſtro Hypochondrio, & in Peſte, ut attractivum adhibeatur, Iliacam inſuper paſſionem ex dislocatione inteſtinorum, in ſcroto incarceratorum tollit, qvemadmodum per multiplicem experientiam hoc ſanctè affirmare poſſum. Vide etiam Loc. comm. p. 1076. In Clave p. 9. Sagapenum præter alias à D. Auctore vires vim etiam obtinet peculiarem qvaſi magneticam, qva inteſtina dislocata in Iliaca paſſione ex Hernia in priſtinum reducit locum, unde primarium eſt ingrediens emplaſtri mei magnetici, qvô in dictis utor affectibus.

IV.

Deſcriptio Emplaſtri Proceſſus Peritonæi obturantis ex literis D. J. F. H. ad D. Hofmann. datis cuivis facile patebit, qvas integras adſcribam, cum nonnulla alia utilia & jucunda contineant.

PP. Qvantô cũ deſiderio gratioſiſſimas Exc. T. 11. Oct. datas expectavi, tãtô cũ gaudio easdem recepi, ac perlegi, & fue-

fuerunt benevolentiæ, ac favores tui manifeſti teſtes; Ad qvas ut reſpondeam, Cryſtall. fol. ſenn. purg. per decoctionem, qvalis in aliis ⊖ibus eſſentialibus adminiſtratur, minimè adhibendam cenſeo, utpote qvæ vim purgantem avolare faceret, ſed eligendus ille Pilularum Glaſſianarum conficiendi modus, qvi Exc. T. ut patet ex methodo medendi doctâ & eruditiſſima tuâ, erit notiſſimus, qvô modo Cryſtalli alviducam ſervabunt virtutem. His ſubinde ad eum modum, qvem ſcripſi, ob ſvaviorem ſaporem ſuccum acetoſellæ addo, ac inde Cryſtallos acidos ſaccharo commiſceo, ſicqve ſummâ cum Ægrotantium delectatione & guſtu præbeo. Qvod eſſentiam ♂ ſiccam concernit, nunqvam in ea vim Emeticam experiri licuit mihi, niſi forte ⊕lum non ♀ris ritè præparatum eſſet, qvod ſæpiſſimè contingit. Eſulam raram Indicam hôc anno Sericum album ſubtiliſſimum non produxiſſe, minimè miretur Exc. T. qvippe & apud nos annuo ſpacio nunqvam Serici ferax & florifera conſpicitur, ſed ſubſeqvente anno radice ſua per totam hyemem conſervata, imò per multos annos, adveniente ſem-

ſemper Flora folià ſua expandit, floret, & ſericum protrudit. Ceterum ⊖is anodyni Exc. T. ut & Terræ. aperit. D.D. Mæbii p.m. deſcriptionem ſummo cum flagranti expectari deſiderio , aſt fruſtratum nunc ſpes fefellit, ſpero tamen hæc duo ex benevolâ & amiciſſimâ communicatione, me eſſe ſuſcepturum : & ſi ſcirem, qvali cum honorario Exc. T. reſervire, valerem, gratificari non intermitterem. Ecce tria ſecreta præter alia mihi reſervavi. I. Eſt ſpecificum contra Caducum, qvod radicitus eundem extirpat, & ego hoc anno in pluribus Monialibus epilepticis, aliisqve feliciſſimo ſemper cum ſucceſſu experimentum feci, eosqve ab hoc abominabili affectu præſervavi. Præter alias circumſtantias primas hîc tenet Cor cujusdam piſcis notiſſimi. Alterum eſt ad Strumas. Tertium Cosmeticum qvoddam ſingulare, qvod ego ab Exc. D. H. Patruele meo chariſſimo pro ſingulari Arcano accepi, & nunc Viennenſibus Illuſtriſſimis Perſonis mittere debeo. Qvartum nunc communico & eſt illud ad Herniam, qvod ad ſervitia Exc. T. me depoſiturum præteritis promiſi literis & eſt ſeqvens:

Jaceat cruribus nonnihil elevatus Æger, ut inteſtina naturalem ſuum captare poſſint locum, qvod ut meliùs fiat, inungatur locus Rupturæ butyro recenti, & manu trudatur inteſtinum, donec ingrediatur, hoc totum ſupplet emplaſtrum magneticum Exc. T. qvo factô:

Rec. Radic. conſolid. rec. purgatam in orbiculos ſciſſam, qvantitas hujus radicis pro unâ vice ſit duorum digitorum, addatur adipis porcini qvarta pars; contunde ſimul in mortario ligneo, cum piſtillo ligneo ad ungventi conſiſtentiam. Hoc ungvento fac formam orbicularem & applica proceſſui Peritonæ laxato, vel rupto, deſuper ponendo durum nodum lineum, ad modum globuli, comprimendo faſciâ linea qvadruplici. Primis diebus octo maneat patiens ſupinus in lecto, & renovetur ungventum ſingulis diebus. Reliqvis diebus poterit paululum deambulare; & ſufficiet ſi ſingulis ſeptimanis renovetur ungventum, ſi Ruptura fuerit recens, intra 6. Septimanas, ſi vetus intra medium annum tota conſumetur cura. Hoc vile omnia reliqva in curatione Herniæ ſuperat Medicamenta. Et licet

alia

alia ex conſolidâ ad Herniam posſideam Medicamenta, inter qvæ eſt Gluten herniale Exc. D. D. Glantz, qvondam Auguſtiſſ. imperatoris Ferdinandi III. Perſonæ Medici, effectus tamen famæ non correſpondet (reſpondet) at meum nunc deſcriptum Medicamentum experieris probatiſſimum.

Brunæ Marçom. 28. Nov.
1669.

*Exc. T. addict.*

J. F. Hofm. à T. Ph.
& Med. D.

## V.

## Notæ ad Naturam & operandi modum emplaſtri noſtri Magnetici pertinentes.

### I.

EMplaſtrum hoc magneticum ejusve deſcriptio bis extat in Angelo Salâ Tractat. Anatom. ⊕li p. 379. & tract. de peſte p. 463. utrumqve inter ſe, ſecundum ſingula ferè ingredientia convenit, ſi terram ⊕li lotam & ⁂ ſuccini, nec non ponderum diverſitatem excipias; Inprimis

exiguam qvantitatem Magnetis Arſenicalis noſtra deſcriptio recipit. Itaqve Excell. olim noſter Hodegus non tàm Auctor eſt ipſius compoſitionis & miſtionis hujus emplaſtri formis, qvam novæ efficaciæ & ἐνεργείας, qvæ, in tractoriâ vi, ad Inteſtina reſtricta, cui animum adverterat Hofmannus ſe exeruit.

2. Vis tractoria hujus emplaſtri an Magnetis Arſenicalis tantillo, an verò Gummatibus adſcribenda ſit, qvis *demonſtrativè* determinare audet?

3. Magnes Arſenicalis qvi nomen tueri qveat, non video, cum nil magnetici contineat, ita ut ne analogicè qvidem hoc ipſi nomen competat; ſiqvidem non trahit, ſed corrodit & aperit, & qvis qvæſo tantillum (loqvor de noſtra deſcriptione) tantis oleoſis viſcoſitatibus circum ſeptum trahere poſſit? neqve in majori qvantitate trahit, ſive ingredientia ſeorſum ſive conjunctim conſideres. Mortificat ſeu necat potiùs partẽ ſanam & depaſcit, & conſumit partẽ carnoſam putridã, ſuo calido nativo deſtitutam, aut deſtructioni propiorem, ut in carbonibus peſtilentialibus, &c. acidum in Putredine apoſtematicâ malignâ & car-

& carbunculari more ♀rum & ⊖ium corroſivorum exedit qvaſi & deſtruit.

4. Gummatis tamen, ſi qvis facultatem qvaſi ἑλκυστικὴν ineſſe affirmaverit, non errabit toto cælo. Oxycroceum, Diachylum cum Gumm. nec non ipſum Melilotinum, ſingula qvamvis cum ratione applicata unicâ interdum nocte magnum exercent tractum, cum tumore ſuccreſcente, & dolore ſuppuratorio; qvin ſuppurant hæc Gummata, ubi ſuppurationẽ non opus eſt. Sic Mammis aliisqve partibus glanduloſis ſæpe leviter affectis Barbitonſores, Alipili ſeu Balneatores ſuppurationem, cujus motus & conatus prohiberi poterat, & debeat, incautiores ſæpiſſimè inducunt. Es hatte ein Gerber-Geſelle 1652. (verba ſunt Excell. Ludovici humaniſſimis literis ad me datis) in Francken auf eine hinter dem Ohre verhartete Drüſe / die klein war / und ihm nichts hinderte / ander Orten das Diachyl. cum Gumm. eine Nacht auflegen laſſen / die wurde ſo bald folgenden Tag und Zeit auf einmahl zuſehens gröſſer / ſo gar / daß endlich die andern biß ans Kinn mit begriffnen Glandulæ faſt an die halbe Achſel ein abſcheulich herabhangendes Conglome-

 rirtes

rirtes Gewächs aus machten. Dieſem / nachdem ein chirurgus ein übermaß von Pflaſtern und cataplaſm. ſo auch den härteſten Tumorem erweichen ſolten/ aufgeleget hatte/kam endlich das Emplaſtrum Magnet. Angel. Salæ wohl zu ſtatten / es ſeparirte von den Kropfartigen Glandulis ſich ohne einige ſonderliche Ungelegenheit ein Theil nach dem andern / interdum etiam de conchis crudis vel uſtis, cum vel ſine ♁io diaphoretico qvidpiam inſpergendo, ſo daß es faſt zur endlichen Heilung kommen wolte. Darauf hebt der Menſch bey ihrem Handwercke ſummâ contentione ein ſchwer Gefäß / mit einer drauf folgenden ſubitaneà Hæmoptyſi incompeſcibili, daß er wenig Zeit hernach Phthiſicus ſtarb. Eines Diaconi gewachſener Sohn in confinibus Haſſiæ bekommt 1660. und hat eine geraume Zeit in der fremde ein dergleichen verharteten Knoten unter dem Ohr/gegen den Kinnbacken/ üm denſelben weg zu bringen legt er auf eingeholten Raht das Meliloten-Pflaſter über / von welchem ſo bald / und etiam iſto remoto , die Beule unter der Hand gewachſen / und ſo fort/ pro horum more,die nechſtgelegnen glandulen ergriffen. Conſultus prognoſticis eum, reliqvi cum Hecticì qvidpiam jam deprehen-

henderem, aliasqve obſervaſſem omnes ita affectos, qvos ego qvidem videram, Hectico tandẽ Marcore conſumtos (cauſa profectò inqviſitu digna,) interiiſſe. Hucusqve candidiſſimus Vir.

5. Gummata vim qvaſi tractoriam tantum exercent, ſi dolenti vel aliter affecto loco applicantur, ſanæ enim parti ſuper inducta nullam tractionem exercebunt. Ita emplaſtro oxycroceo aliove gummato manum vel brachium circumline, & geſta illud ipſum ita illitum, noctesqve diesqve, nec ſuppurationem nec vim trahentem dolorificam ſenties, ut ita mirari ſubeat, qvi emplaſtrum noſtrum magneticum lumbis tanqvam parti ſanæ applicatum vim tractoriam tàm latè & usqve adſcrotum extendat, vel extendere poſſit.

6. Neqve omni loco affecto illita gummata & ſemper trahunt. Sic wenn man ſich die Adern verſtaucht hat ſine vel cum luxatione aut fracturâ oſſium &c. Tunc applicatum oxycroceum non trahit dolorificè, ſed diſcutit, roborat partes, & dolorem ab affluxu Humorum & partis excandeſcentia ſopit. Interdum ſaltem malè cedit penes cachecticos præcipuè, &

M 4 illos,

illos, qvi Eryſipelati, & Inflammationibus ſuſcipiendis apti nati ſunt. In clavis pedum notum eſt Emplaſtrum Grülingio familiariſſimum è Gumm. ammon. * &c. hic mollit ammoniacum ſine ulteriori vel ſenſibili valde aut dolorifico tractu, ut facilè ſenſim exſcindi & extirpari poſſit clavus, qvemadmodum in me ipſo aliisqve plurimis id ſæpius expertus ſum.

7. Nec ſemper cum tumore ſuccreſcente trahunt Gummata, ſed interdum tantum dolorificè; Sic mulieri Islebii ubi Praxin exerceo, honoratæ, ſcorbuticę conſummatiſſimæ brachio ſiniſtro, qvod dolor ſcorbutic⁹ valde acutus, ſine tamẽ inflammatione ſine tumore, ſaltem cum aliqvali atrophiâ, diutiſſimè vexaverat, ſvaſu cujusdam Medici emplaſtrum Zvvelf. nervinum antipod. Pharm. reg. p. 296. &c 297. deſcriptum circumcirca applicatum novi, ut juxta deſcribentis eloqvium extrahat & alliciat Humores acres, & diſſipet acidum fermentum; adeò autem dolorifico tractu ſuam exeretat vim, ut Ægra ferè in mentis alienationem incideret, donec ſuaſu meo ſine morâ iterum detraheretur. Poſt tempus qvadrimeſtre, (citiùs enim

Con-

Conſilium hoc ſatis maturè datum, neſcio qvô ſtrenuô metu exeqvi nolebant adſtantes) Fonticulus in hoc brachio excitatus omnem dolorem adimebat, à qvô etiam adhuc libera vivit jam ſupra ſexennium. Interdum dolore tentatur, brevi autem evaneſcit, ſi Fonticuli fluor promoveatur. Prȩterea alii honeſtiſſimæ matronæ, Annor. 62. qvæ ulcere pancreatis per ſemeſtre conflictabatur, ut ſitus doloris & materia purulenta ἄνω copiosè ejecta aliaqve concurrentia ſigna indicare videbantur; Emplaſtrum melilotinum cum aliis anodynis applicatum novi, ſvaſu cujusdam Amici; nocte verò mediâ præ dolore tractorio multâ vicè ferè in Lipothymiam incidit. Huic matronæ ☿ emeticus noſter juxta deſcriptionem Excell. Ludovici Pharm. mod. ſec. appl. confectus, vel octies per IX. aliqvot menſes aſſumtus, egregiè profuit. Qvoties enim pus copioſum collectum qvaſi turgebat, ſuffocatio periculoſiſſima & omnimoda ferè præcluſio faucium ſemper miſeram torſit; Sumto vero gr. ß. ☿ emetici ℔j. iß. evomebat facilimè materiæ purulentæ cum præſentiſſimâ Euphoriâ, ſomno &c.

M 5 8. Prin-

8. Principium ἑλκυστικοὶ Gummatum an à ♀rea oleoſa concentrataqve caliditate Archæum nimis movente dependeat, curioſorum eſſet accuratiùs inqvirere:

9. Solum Galbanum ingenti vi conjecturaliter tractoriâ præditum eſſe, inprimis Puerperæ teſtantur, qvando inteſtinorum conglobationem, & contractionem qvaſi convulſivam ſeu criſpaturã patiuntur, qvæ hujus Galbani emplaſtri more umbilico impoſiti, ſuũ repetunt ſitum. Hujus vim ἑλκτικὴν etiam inculcat Exc. D. Ludovic. literis ad me datis, weil ich offters/ ſcribit, unterſchiedliche Calloſos tumores, ſonderlich die Gerſtenkörner in palpebris durch wiederholte Aufflegung weggebracht / da ſichs denn allgemach abſchiefert / (NB. Hafenreff. de Affect. cut. remedium in hôc affectu eſt ſagapenum cum + tritum) rieht ichs vor einem Jahre JCto cuidam, der eine dergleichen ſcrophuliformiter induratam glandulam forn am Halße ad Tracheæ latera hatte und ſeinem Beduncken nach im Reden ihm etwas hinderte / wenn der Wammes-Kragen zugemacht wurde. Es war kaum aufgelegt / und erwarmet / ſo hebt es zwar in conſummatiſſimo ſcorbutico acerrimo ſero abun-

abundante, ſo an zu ziehen / daß an ſtatt erwehnter Abſchieferung es auf eine geſchwinde Suppuration, die doch ſonſt in ſolchen ſelten zu erhalten / außgieng / doch ſubſeqvis mundificantibus glücklich weg kam / und curiret wurde. Nota: Galbanum ſupplet Sagapenum & Ammoniacum, proinde utrumqve in præparatione Empl. magn. abeſſe poteſt, ſi velimus, & ſolius Galbani pondus augeri.

10. Emplaſtrum magneticum noſtrum, unde vis tractoria proveniat, oppidò excellens celere & facile curandarum Herniarum eſt Remedium, verè & ſalubriter æſtimandum. Si qvidem vulgari viâ poſt qvæſitam inteſtinorum repoſitionem, ingeſtionem & retropulſionem hæc ipſa magis magisq; irritantur ſæpius, excandeſcunt, & alterantur. Contra verò juxta intimatam probo lectori Therapiã magneticam arrepto utrinqve inferiusqve Scroto utraq; manu inteſtina multò commodiùs, tutius & mitius ſenſim & ſenſim relabi, & digito paululùm cooperante ſponte qvaſi in priſtinum regredi locum poſſunt.

11. Hujus emplaſtri præparatio ſecundum

dum Gummatum inprimis tractationem, juxta animadverſiones Zvvelferi Pharm. Aug. optima eſt, qvæ & Angeli Salæ & noſtram ſuperat deſcriptionem.

12. Nec in magnetis Arſenicalis confectione peculiarior enchireſis (de qvâ ſæpe dixiſſe memini Exc. Hofm.) opus eſt, ſi, qvemadmodum Sala & Zvvelf. l. c. deſcripſerunt, ad literam procedatur, ſpes non decollabit.

13. Emplaſtrum hoc magneticum non tantùm inteſtina in ſcrotum prolapſa in ſuum locum & qvaſi Natale ſolum reducit, ſi hiſtorica Fides fidem meretur, ſed & alias habet virtutes egregias, qvarum nonnullas ipſe Hofmannus ex Angelo Salâ tangit, hic verò easdem qvoqve ad ſcrophulas & plagas putridas ac venenoſas extendit. Pari ferè modo D. D. Ludovicus, qvem noſter & omnium bonorum Medicorum calamus laudativus nunqvam ſatis laudare poteſt, qvodam in loco Emplaſtrum, ſcribit magneticum Angeli Salæ communiter, cautè tamen (ratione vaſorum majorum, ne inconſideratius tangantur, & ratione ſubjecti, ſi fortè cachecticum ſit, aut phthiſicum,

vel

vel inflammationes facilè patiatur) & interdum alternativè cum Empl. de Hyoſcyamo (ut partes, qvaſi excoriatæ hôc demulceantur, ceu in veſicatoriorum qvoqve continuatione ſolemus) glandulis induratis, tumoribus & excreſcentiis ſuper impoſitum agit mitis ad inſtar Eſcharotici, ita ut tumida vel indurata pars poſt partem ſine moleſtiâ, ſine qvoqve inflammatione decidat, usqve ad radicem ſani habitus, reſiduum ſolutio ⊖li, pulvis concharum, cum & ſine ♄. diaph. ſimiliaqve conſumunt, ſubſeqvis ſarcoticis. Jam olim freqventer hoc uſus ſum, cumqve viderem emplaſtrum Salæ in binis illis locis præparatione variatum, tertium qvaſi qvoddam ego inde elicui, ſagapenum omittendo; ſeqvens optimæ illinitionis:

*Rec. gumm. ammon.*
*galb. puriſſ. ā. ℥j.*
*Tereb. ℥iſs. vel ℥ij.*
*Solvuntur invicem, adde Ceræ ℥ij.*
*Magnet. arſen. ʒvj. Terr. ⊖li edulc. ʒiij.*
*°° ſuccin. gutt. aliq. pro. Lubitu M.*

Et induſtrius Wedelius Pharm. p. 101. Emplaſtrum Magneticum, ſcribit, Angeli

geli Salæ μεταουγκριτικὸν eſt, ſeu ex alto evocans, unde in bubonibus peſtilentialibus, & ſimilibus tuberculis, officium facit. Imo ob reſolvendi & evocandi hanc virtutem etiam latius ejusdem uſus extenſus eſt, qvandoqvidem ad Hypochondriorum tumores & ſcirrhos, imò & aliarum partium ſimiles induratos affectus commodè adhibetur, ut in Scrophulis, Tumoribus colli, Gangliis &c.

14. Demum ne aliqvid pereat bonorum notarum, qvas Juniorum Practicorum è re fore confido, (cum in curatione Herniæ ſcrotalis verſemur,) finiat Materiam hanc hasve modeſtas animadverſiones clyſter per Vomitum rejectus, cujus hiſtoriam à ſæpius citato D. D. Ludovico qvodam in Loco recitatam his annectere nec pudet, nec piget: Königsbergæ Francicæ ante annos viginti Æditiuus qvidam Hernioſus, propendente neglectim inteſtinorum parte haud paucâ, nauſeam ſenſit, cum piſcibus comeſtis frigidam ſuperbiberet cerevifiam, qvam vomitus ſeqvebantur, & tormina circa umbilicum valde dolorifica, uſus hic erat, adſtantium ſvaſu, calidioribus & irritantibus aqvis,

pule-

pulegii, ſtomachicis, aliisqve aromatis qvoqve cum vino; Repenè conclamata vocatus perſvaſi tandem ſimplici, ut Clyſterem ſaltem emollientem & delinentem admitteret, obſtinatiſſimâ alvo. Dum pararetur, liqvamen feces colore odoreqve ſatis referens evomuit, & paulò poſt clyſteris injecti potiſſimam partẽ, oleo pelvi innatante, liqvoreqve chamomillam præcipuè redolente. Tinctura annod. gutt. XVIII. cum Mixt. ſimpl. (♎. Theriac. per Infuſ. ſaltem parato) gutt. 30. exhibitis, moderatiora evadebant omnia, cumqve nauſea poſt horam dimidiam redire vellet, Laudani noſtri ſimpliciſſimi gr. fere 2. pilulari formâ ſine vehiculo data, applicato ſimul è melle ſuppoſitorio, ægrum ita levabant, ut paucos intra dies pluresve annos poſtmodum munia ſua obire potuerit; Idem Humaniſſimus Vir nuperis literis ad me datis, ante paucas, ſcribit, ſeptimanas, eadem injecti clyſteris revomitio in Herniâ incarcerata Viro ſummo cuidam in viciniâ 66. annos nato, macilento & in hecticam inclinante, contigit, ſolutá obſtructione decentiqve repoſitione ſatis commodè nunc vivit, ſi diutius reſtitiſſet,

Gal-

Galbanum primò, hinc emplaſtrum magneticum tentaſſem, ſed ſufficiebant ſola emollientia. Nec video, qvi absqve iſtis conglomerata ſcybalisqve ſæpe referta inteſtina à qvovis etiam tractorio tali remeare qveant. His geminam fere hiſtoriam recitat experientia Exc. Wedelii Ann. II. Colleg. Curios. Tibul. opiata in affectu Iliaco, p. 340. qvam vide mi lector, & bonis mentibus fave.

# SOLI DEO GLORIA.

## Augustinus.

*Serm. 49. de Temp. T. 10. col. 683.*

Ipſa eſt perfectio hominis, inveniſſe, ſe non eſſe perfectum; nemo ſibi placeat, nemo alicui inſultet, omnes ſic velimus proficere, ut non invideamus proficientibus, non inſultemus deficientibus.

# Mendæ ſic emendandæ.

SChema præliminare debet eſſe tabulare , ut promtiùs in oculos ſenſumqve incurrant membra dividentia , qvæ hæc ſunt:

Cinnabaris eſt vel vegetablis, vel mineralis, mineralis eſt vel artificialis vel nativa , artificialis eſt precioſior & vilior eſt ♁ii, vilior eſt factitia. Nativa eſt Hungarica &c.

*P. 6. lin. 4. Renod. p. 9. l. 13. Butyri. p. 10. l. 11. qvidam. l. 12. & reliqvis paginis ſæpiſſime occurrit 🝭. pro 🝭. ſeu Retorta. l. 13. qvidam. p. 13. l. 3.* weiſen. *p. 14. l. 4. album. l. 18. poſt. P. lege I. p. 16. l 1. qvoddam plus cinnabaris. p. 17. l. 4. album. l. 25. calcem vivam. p. 21. l. 4. ſublimetur. 5. reſiduum. l. 11. poſt. ʒ. legatur Punctum. l. 24. qvæſiti. p. 22. l. 22. pro ♀ii. lege ♁ii. p. 24. l. 8. incipit. p. 25. l. 5. ſublimati. l. 10. convertit. l. 20. aſſeclis. p. 26. l. 11. Homeri. l. 17. chemiater. l. 21. abſtineamus. p. 27. l. 7. genuinam , qvæ l. 9. ♁ii. l. 24. ▽æ. p. 28. l. 1. Roſtra. l. 3. ▽. l. 7. colloca. l. 18. vacuum. p. 32. l. 1. 2. 🜍re, ☿io. l. 8. item. l. 16. 🜍re. l. 22. 🜍reæ. poſt ultimam lineam deleatur 1. Qvia. p. 33. l. 17. compactam. l. 22. promovent. p. 36. l. 2. CC. p. 37. l. 18. proprietate. p. 39. l. 10. be♃oardico. l. 11. ♁io. lin. ult. laceſſit. p. 41. l. 14. Hartm. p. 43. l. 9. rutæ. p. 44. l. 1. ʒ. iij. l. 3. ʒß. lin. 20. pro V. lege II. p. 45. l. 13. verò. p. 46. l. 10. adjutos. p. 47. l. ult. ♀i. p. 49. l. 12. parata. l. 18. ſolutiones. p. 51. l. 5. legerit. p. 52. l. 5. ▽. l. 16. ei pro & vi. p. 53. l. 25. pro tamen lege in. p. 55. l. 21. enim pro eminet. p. 58. l. 25. deſtillatio pro Retorta. p. 59. l.*

 *2. aru.*

*2. arulâ. p. 60. l. 3. ut & lin. penult. Rec. pro Reſp. p. 61. l. penult. calente. p. 62. l. 20. ℥rii pro ℥ii. p. 65. l. 20. ſiniſtrum. p. 66. l. 19. rubicunda. p. 69. l. 16. poſt vocem lamina adde pertusâ. p. 71. l. 3. animatus. p. 74. l. 14. ℥ii. p. 76. l. 6. multos. l. 13. ℥ium. p. 78. l. 23. poſt Medicamentum adde nervinum. p 79. l. 20. ſtomachico. p. 82. l. 9. accederant. l. 25. minimè pro maximè p. 83. l. 3. cruciatus. p. 88. l. 22. Urinam. p. 89. l. 9. ♂lo pro ⊕lo. p. 93. l. 7. additqve. l. 12. antidinico. p. 94. l. 18. hac pro haſce. l. 24. aliqvid. p. 95. l. 5. Panaceam. p. 97. l. 17. impoſterum. p. 98. l. 14. Guajac. p. 100. l. 23.* abgerieben. *p. 101. l. 3. Hungarica. l. 7. Europæ. p. 105. l. 11 Principia. l. 24. negotio. p. 109. l. 4. animi. l. 21. dira. p. 110. l. 5. deleatur. verò. p. 111. l. 26. debeat. l. penult. Glaſerum. p. 112. l. 17. ſuperſedere. p. 115. l. 11. Epicritica. p. 116. l. 21. adſervatur. p. 118. l. 11. exemtum. p. 119. l. 9. at pro atqve. l. 11. auctiori. l. 20. & pro ex. l. ult. typum. p. 124. l. 17. qvo pro qvod. p. 127. l. 1. ſymptoma. l. 4. hypochondrium. l. 7. interdiu. l. 11. qvatuorve. l. 25. inveſtigandis. p. 128. l. 1. digitis. p. 130. l. 15. detur pro datum. p. 131. l. 17. Noviomagenſi. l. 19. Flaminius. p. 133. l. 18. poſt Petechialium lege Therapia. p. 135. l. 16. ℥ii. p. 136. l. 17. inveni pro juveni. p. 137. l. 4. recurreret. p. 145. l. 8. Proinde. p. 148. l. 8. & pro ut. l. 21. trahens. p. 149. l. 18. emplaſtrorum. p. 154. l. 18. meli. p. 156. l. 16. impegiſſet p. 157. l. 22. excubiar. l. ult. extractione. p. 158. l. 1.* fulctes. *p. 159. l. 17. 1. pro 2. p. 160. l. 23. terram. l. 25. Henria pro Hernia. p. 168. l. 21. deleatur vola. p. 169. l. 1. Riveriano. p. 170. l. 24. Proceſſui. p. 175. l. 9. etiam pro meos. p. 176. l. 1.*

*Favo-*

*Favoris.p. 177. l. 3. terræ pro Tincturæ. l.5. expectavi. p. 178. l. 14. Peritonæi. p. 180. l. 17. qvis pro qvi p. 181. l. 5. ἐλκτικήν. l. 16. debebat. p. 184. l. 24. exerebat. p. 185. l. 20. deleatur aliqvot. p. 187. l. 12. repetatur unde. p. 191. l. 7. referens l. 10. anodyn. p. 192. l. 8. Titul.*

Hæc ſunt extantiora menda, reliqva, ut & puncta, commata, &c. ſuo non loco poſita, qvæqve ſenſum vel obſcurant, vel tardant, benevolus Lector ex Contextu corrigat ipſe qvæſo.

*F I N I S.*